GREGORII THEODORI BARTHOLDI, ... OPERA MEDICA TRIPARTITA. QUORUM PARS PRIMA THEORETICA, ...

Georg Theodor 1669-ca. 1714
Barthold

Digitized by Google

NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
8 0
25
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
55
M 5 A
10



12-8-9.78

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

GREGORII THEODORI BARTHOLDI

MEDICINÆ DOCTORIS ET PROFESSORIS

QUONDAM GIESSENI

OPERA MEDICA

TRIPARTITA.

QUORUM

PARS PRIMA THEORETICA, ANA-

TOMICO-PHYSIOLOGICAM CORPORIS HVMA-

NI DESCRIPTIONEM EXHIBET, VIRES MEDICA-

MENTORVM, NEC NON HISTORICAM ILLORVM NO-

TITIAM, PRÆPARATIONEM ET PRÆSCRIPTIONEM.

PARS SECVNDA PRACTICA,

PRAXIN CLINICAM GENERALEM

ET EXEMPLAREM,

PARS TERTIA CHIRVRGICA, MOR-

BORVM EXTERNORVM HISTORIAM ET CV-

RATIONEM, OBSERVATIONES PRÆTEREA, ET

CVRATIONES CHIRVRGICAS COMPLECTITVR

ET TRADIT.

COLLECTA ET PVBLICI IVRIS FACTA

OPERA ET STVDIO

JOHANNIS JACOBI ROSENSTENGELII,

MEDICINÆ DOCTORIS.

FRANCOFVRTI AD MOENVM,

Apud IOAN. MAXIMILIANVM a SAND

ANNO M DCC XVII.

Digitized by Google

Bibl. Reg. 21:50
1723

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO
ERNESTO LVDO-
VICO,
HASSIÆ LANDGRAVIO,
PRINCIPI HERSFELDIÆ,
COMITI IN CATIMELIBOCO,
DECIA, ZIGENHEINA, NIDDA,
SCHAVMBVRGO, ISENBVR-
GO ET BVDINGA,
&c. &c.

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO,

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

SERENISSIME PRINCEPS AC DOMINE, DOMINE CLEMENTISSIME.

OCtavus jam agitur annus, SERENISSIME PRINCEPS, *ex quo a magnifico Dn. Doctore Valentino in numerum civium academicorum Gieſſenſium relatus, magnisque ibi per quatuor fere annos, & innumeris a Te affectus ſum beneficiis.*

Nam ut omittam ſub Tuis auſpiciis mihi omnia ibi contigiſſe, quibus ab omni parte beatus eſſe potuerim; ut taceam ſub umbra alarum Tuarum me ſalvum ibi, tutum & incolumem degere potuiſſe: non ultimum inter reliqua illa infinita eſt, quod doctrinam ibi, locumque ad ſtudia, monente Hippocrate, aptum reperire mihi licuerit.

In

In eo enim, SERENISSIME PRINCEPS, *ſemper occupatus es & fuiſti, ut academiam illam rebus ditares omnibus & ſingulis neceſſariis, ut doctiſſimos tantum eligeres viros, quibus munus docendi committeres: quo factum eſt, ut tunc inter cæteraillius ornamenta theatro ſuperbiret anatomico magnifice exſtructo; ut hortus quotannis floreret academicus grata florum varietate amœniſſimus; ut ea ſemper Gieſſæ degeret profeſſorum ſeries, quibus doctiores hactenus nulla vidit cultior ætas: unde etiam inde, ceu ex equo Trojano plures viri prodierunt eximia eruditione conſpicui, laudes Tuas depræ dicantes non intermorituras.*

Non ultimum inter hos Doctores Bartholdus, cum adhuc in vivis eſſet, tenebat locum, qui poſt meum ex hac academia diſceſſum, paulo poſt vitam cum morte mutavit. Ne igitur grata hujus viri memoria cum ejus vita ſimul extingueretur, in ejus collegiis quondam mihi partim in calamum dictatis, partim etiam ad deſcribendum communicatis edendis hactenus fui occupatus :. qua cum lucem jam videant publicam, SERENISSIMO TUO NOMINI *illa inſcribere & ſacra eſſe volui. Accipe itaque illa,* SERENISSIME PRINCEPS, *fronte ſerena: & oculis intuere benignis animi gratiſſimi teſſeram.*

Exigua illa ſunt, quæ Tibi pro maximis in me collatis beneficiis offerre audeo, &, cum ne debitas quidem, SERENISSIME PRINCEPS, *pro illis Tibi referre queam gratias, ad vota accedo Deum ſupplex oraturus velit illa Tibi compenſare largiſſime.*

Servet itaque Te DEVS T. O. M. SERENISSIME PRINCEPS, *per plures adhuc annos tutum, ſalvum, & incolumem; proſpere Tibi omnia ſuccedere jubeat, eaque largiatur quibus beatus, fauſtus, felix & fortunatus eſſe poteris. Ex animo hæc, & proſpera quævis apprecatur*

SERENISSIME PRINCEPS AC DOMINE,

DOMINE CLEMENTISSIME

Tuus humillimus & ſubjectiſſimus
ſervus

Johannes Jacobus Roſenſtengelius,
Med. Doctor.

Be-

A. Ω.

Benevolo & æquo Lectori.

S. P. D.

Johannes Jacobus Roſenſtengelius,
Medic. Doctor.

QUæ & quanta apophtegmatis illius in ſtudio potiſſimum Medico: nihil natura tam ălte conſtituit, quo virtus non poſſit eniti, ſit veritas; tantum abeſt, ut quis ignoret, ut potius unicuique, & me tacente, ſole meridiano clarius pateat. Scimus equidem omnes, quotquot etiam in ampliſſimo hoc univerſo reperimur, naturæ divitias myſteriorum inſtar eſſe abſconditas; tranſeat aurifodinam illam medicam non niſi continuo pariter ac innumero aggredi nos poſſe labore; Sit

 labo-

labores ejusmodi diurnorum non tantum, sed etiam nocturnorum nomine designari: firma tamen, aureum tandem eruditionis medicæ vellus superatis laboribus, summo cum honore deportari posse, stat sententia; hoc est, ut apophtegmati supra citato satisfiat: nihil tam alte natura constituit, quo virtus non possit eniti.

Prodeat in conspectum ex innumera medicorum, qua eruditus cluit orbis cohorte, Beatus Doctor & Professor Medicinæ BARTHOLDVS; Vir, cujus etiam solum nomen immortalitati se jamdiu tradidit.

Cum adhuc in vivis esset, suo non tantum exemplo, sed & alios informando, quid laboribus in cursu medico effici queat, satis superque comprobavit. Quid de morte dicamus? Quo inopinatius Vir tantæ eruditionis e medio nostro discedebat, eo certius, etiam in funere ejus nobis relinquebatur testimonium: nihil naturam tam alte constituisse, quo virtus non possit eniti.

Liceat

Liceat nobis indubitatam hancce veritatem posteritati Bartholdianæ, hoc est medicinæ studiosis pro exemplo ponere: quod ut eo commodius fiat, comparent hic collegia quædam medica, partim a Beato Professore in calamum quondam dictata, partim privatim, vel alio modo communicata. Accesserunt plurimi casus sub ejus auspiciis resoluti, principiisque ejusdem accommodati, ita ut collectanea hæc operum medicorum nomine publicam in lucem edere nullus dubitaverim.

Textus integer, ut majorem Lecturus sibi promittat utilitatem in periodos, & commata accurate distinctus est, sensuum autem atque rerum selectu dignorum discretio characteris diversitate notata: & præfationes denique indicesque locupletes tam capitum, quam rerum sunt adjecti.

Quod si itaque paroemia Medica suo nondum destructa sit usu: Quo magis teruntur & panduntur aromata, eo majorem de se spargunt odorem; Nullum est dubium fore ut præsentia folia, aroma-

tibus medicis, ad abundantiam uſque impleta, parem ſibi polliceri queant felicitatem. Fruere itaque Lector Benevole nobis cum his operibus. Noſtrum erit, pro virili publico porro inſervire: tuum vero conatus noſtros provehere, & ſi quædam præter intentionem irrepſerint vitia, animo illa emendare benevolo.

Vale.



GREG.

GREG. THEOD. BARTHOLDI
MED. DOCTORIS, ET PROFESSORIS
QUONDAM GISSENI

OPERUM MEDICORUM
PARS PRIMA

CONTINENS

I. Anatomico - Physiologicam corporis humani descriptionem.

II. Collegium de medicamentorum proprietatibus.

III. Historiam materiæ medicæ selectæ.

IV. Introductionem ad Chymiam medicam.

V. Collegium de formulis præscribendis.

Digitized by Google

ANATOMICO-PHYSIOLOGICA CORPORIS HUMANI DESCRIPTIO.

INDEX CAPITUM.

LIBER I.

De

Organis motus vitalis.

SECTIO I.

De

Fibris & motu tonico.

SECTIO II.

De

Muſculis & motu vitali.

CAP. I. De illis in genere.
II. De Muſculis capitis & colli.
III. De Muſculis ſenſoriorum.
IV. De reliquis trunci muſculis.
V. De Muſculis artuum ſuperiorum.
VI. De Muſculis artuum inferiorum.

SECTIO III.

De

Ossibus.

CAP. I. De ossibus in genere, illorumque connexione.
II. De ossibus capitis.
III. De reliquis trunci ossibus.
IV. De ossibus artuum.

SECTIO IV.

De

Organis motui sanguinis dicatis.

PARS I.

De

Thorace & corde.

CAP. I. De partibus thoracis.
II. De corde & illius motu.

PARS II.

De

Arteriis illarumque ramificationibus.

CAP. I. De arteriis in genere, & in specie capitis.
II. De arteriis subclaviis & axillaribus.

III. De

III. De Aorta descendente.
IV. De arteriis cruralibus, & arteria pulmonaria.

PARS III.

De

Venis illarumque ramificationibus.

CAP. I. De illis in genere.
II. De trunco venæ cavæ ascendente.
III. De venis subclaviis & axillaribus.
IV. De trunco venæ cavæ inferiore.
V. De venis cruralibus.
VI. De vena portæ, & vena pulmonaria.

PARS IV.

De

De sanguine & motu sanguinis.

SECTIO V.

De

Organis respirationi dicatis.

CAP. I. De thorace, pulmonibus, & diaphragmate.
II. De motu respiratorio.

LIBER II.

De

Organis ſenſuum.

SECTIO I.

De

Illis in genere.

CAP. I. De partibus capitis.
II. De Meningibus.
III. De Cerebro & ſecretione ſpirituum.
IV. De Nervis ex capite prodeuntibus.
V. De plexibus nervoſis paris vagi.
VI. De reliquis nervis.

SECTIO II.

De

Organis ſenſuum in ſpecie.

CAP. I. De ſenſibus in genere, & in ſpecie de tactu.
II. De oculo & viſu.
III. De aure & auditu.
IV. De naſo & odoratu.
V. De lingua & guſtu.

LIBER

LIBER III.

De

Viſceribus ſecretioni animali dicatis.

SECTIO I.

De

Organis chyliſicationi inſervientibus.

CAP. I. De partibus abdominis continentibus & contentis.
II. De ventriculo & digeſtione.
III. De inteſtinis & chyli ſeparatione.
IV. De Meſenterio, viis lacteis, & progreſſu chyli ad ſanguinem.

SECTIO II.

De

Reliquis organis ſecretoriis.

CAP. I. De Mammis & lacte.
II. De vaſibus lymphaticis & lympha.
III. De hepate & bile.
IV. De renibus & urina.
V. De cute & ſudore.

LIBER

LIBER IV.

De

Partibus genitalibus; & fœtu.

CAP. I. De partibus genitalibus virorum & femine.

II. De partibus genitalibus mulierum & conceptione.

III. De fœtu & partu.

PRO-

PROOEMIUM.

MUlta ſunt medico, & futuro practico ſcitu perquam utilia, & neceſſaria, quorum potiſſima capita ex *excellentiſſimi Friderici Hoffmanni fundamentis* hactenus percepiſtis. His itaque fundamentis generalibus poſitis ad magis ſpecialia accedimus initium ab *anatomia*, huicque affini *phyſiologia* facientes, & inde ad medicamentorum cognitionem, præparationem, compoſitionem, & alia progredientes. Dabimus autem hac vice in ſequentibus brevem *corporis humani, ejusque partium deſcriptionem*, adjecto ſimul *uſu, quem illæ in œconomia animali exſerunt:* quod DEUS T. O. M. felix fauſtumque eſſe jubeat.

PROLEGOMENA.

PArtes hominis eſſentiales duæ ſunt *anima* nimirum rationalis, & *corpus* organicum.

II. Anima eſt immaterialis, & immortalis, corpus autem materiale, & mortale.

III. Corporis partes duplicis ſunt generis, *ſolidæ* nimirum, & *fluidæ*.

IV. Ad solidas *fibræ* pertinent, *tendines*, *membranæ*, *cartilagines*, *musculi*, *ossa*, *glandulæ*, nec non reliqua viscera ut *nervi*, *venæ*, *arteriæ*, *vasa lactea*, *lymphatica*, &c.

V. Humores laudabiles sunt *sanguis*, *lympha*, *saliva*, *chylus*, *lac*, *bilis*, *semen*, & *spiritus* seu succus nerveus.

VI. Vita hominis consistit in continuata mentis & corporis communione.

VII. Vita corporis versatur in perenni motione partium fluidarum per solidas; sanitas autem in motus æqualitate, & decenti ordine.

VIII. Motu partium solidarum & fluidarum corpus conservatur, aut novum producitur.

IX. Actiones corporis in vitales dividuntur & genitales.

X. Actiones vitales motu vitali absolvuntur, sensu, & nutritione.

LIBER I.

DE ORGANIS MOTUS VITALIS.

SECTIO I.

De Fibris & motu tonico.

Fibræ sunt prima stamina, & filamenta partium solidarum.

II. Fibræ variant tam ratione *substantiæ*, quam *situs* diversi.

III. Fibræ ratione substantiæ *carnosæ* sunt, *tendinosæ*, & *nervosæ*.

IV. Fibræ pro diversitate situs in *rectas*, & *curvas* dividuntur.

V. Ad rectas *longitudinales* pertinent, *transversæ*, & *obliquæ*.

VI. Fibræ curvæ *annulares* sunt, *anguloſæ*, & *spirales*.

VII. Fibræ

VII. Fibræ pro diverſitate ſitus, quantitatis, & ordinis varia conſtituunt organa.

VIII. Fibræ tubulatæ transverſim ſibi invicem ſuperſtratæ *tunicam muſculoſam*, ſeu carneam conſtituunt.

IX. *Membranæ nervoſæ & tendinoſæ* conſtant ex fibrillis neruoſis, fiſtuloſis, dilatabilibus, & ſenſibilibus.

X. *Membranæ* partes inveſtiunt, *tunicæ* humores continent, *meninges* cerebrum ambiunt.

XI. Tubuli carnei deſinunt in *tendines*, *ligamenta*, *cartilagines*, & *oſſa*.

XII. Ligamentum *membranaceum* eſt, *nervoſum*, aut *cartilagineum*.

XIII. Omnes partes & vaſa quæ ex muſculoſis fibris conſtant *motu* gaudent *tonico*.

XIV. Motus tonicus fit mediante *pororum relaxatione*, & *conſtrictione*.

XV. Motus tonicus *ſanguinis progreſſum in poros*, & *regreſſum in venas* adjuvat.

SECTIO II.

De

Muſculis & motu voluntario.

CAPUT I.

De

Illis in genere.

MUſculus definitur quod ſit *organon motus voluntarii*, & dividitur in *non-formatum* & *formatum*.

II. Muſculus non-formatus dicitur alias tunica muſculoſa. Hunc muſculum nec fibrarum ſitus, nec numerus variat.

III. Muſculi formati non ſolum in externa, ſed etiam in interna corporis regione reperiuntur.

IV. Musculus vulgo in caput, ventrem, & caudam dividitur: rectius autem in duas *extremitates tendinosas*, & *carnem interpositam.*

V. Musculus non-formatus æque, ac formatus *arteriâ, vena, nervisque est instructus.*

VI. Musculus formatus tunica firma investitur.

VII. Motus musculi a *spiritibus, & humoribus dependet.*

VIII. Ab humorum influxu intumescit *venter musculi*, qui *distentus in latitudinem abbreviatur longitudine*: unde partes annexæ ex *uno spatio in aliud transferuntur.*

IX. Ut aer vesicæ inclusus ingentia pondera tollit: ita *fibræ musculosæ* vi *spirituum inflatæ trahunt ossa per suos tendines.*

CAPUT II.

De

Musculis capitis & colli.

CAput movetur musculis *propriis*, aut *communibus cum collo.*

II. Musculorum capiti propriorum *octo paria* numerantur totidem simplices in utroque latere.

III. Duo paria *caput flectunt*, quatuor *retrorsum ducunt, & antrorsum agunt*, duo *circumagunt*, *s. oblique torquent ad latera.*

IV. Musculi caput flectentes sunt duo *mastoidei*, & *duo recti interni.*

V. Musculi caput extendentes sunt utrimque *splenius*, *complexus*, *rectus major*, *& rectus minor.*

VI. Qui caput circumagunt sunt in utroque latere *obliquus inferior*, *& superior.*

VII. *Collum* movetur quatuor musculorum paribus, quorum *duo* illud *flectunt*, & *totidem extendunt.*

VIII. Collum flectunt utrimque *scalenus*, *& longus*, qui in anteriore colli parte siti sunt.

IX. Collum extendunt utrimque *transversalis*, *& spinatus* partem colli posteriorem occupantes.

CA-

CAPUT III.

De Musculis sensoriorum.

QUatuor sensoria in capite reperiuntur *oculus*, *nasus*, *lingua*, & *aures*.

II. Oculus *palpebris* constat, & *bulbo*.

III. Palpebræ utrimque quatuor musculorum paribus moventur, *duobus attollentibus*, & totidem *deprimentibus*.

IV. Bulbus oculi utrimque *sex musculis movetur*, *quatuor rectis*, & *duobus obliquis*.

V. Musculi recti ab officio & usu morali dicuntur. (1) *attollens s. superbus.* (2) *deprimens s. humilis.* (3) *adducens s. bibitorius & lectorius.* (4) *abducens s. indignatorius.*

VI. Musculi obliqui dicuntur alias *amatorii*: quorum *unus superior*, & *longus* est, alter vero *inferior & brevis*.

VII. Pars nasi mobilis quatuor musculis movetur: *duobus dilatantibus*, & *totidem constringentibus*.

VIII. Infra nasum os occurrit *labiis* constans, *buccis*, & *maxillis*.

IX. Musculi labiorum *communes sunt*, aut *proprii*.

X. Communes sunt musculus *subcutaneus*, *secundi paris nasi*, & *buccinator*.

XI. Musculi labiis proprii ad *unum spectant*, vel ad *utrumque*.

XII. Labrum superius habet duos *attollentes*, inferius *totidem deprimentes*, & *utrimque unum constrictorium*.

XIII. Ad utrumque labium pertinent tria paria *attollens*, *deprimens*, & *gracile*.

XIV. Sola maxilla inferior mobilis est, & *quatuor musculorum paribus* sursum, *unico autem* deorsum movetur.

XV. Paria musculorum attollentium sunt *temporale maseterum*, *alare externum*, & *internum*; *musculus* autem *deprimens est biventer s. digastricus*.

XVI. In oris cavitate *lingua* occurrit cum *osse hyoide*, *uvula*, & *larynge*.

XVII. Lingua componitur ex sex musculorum paribus uti sunt (α) *genio-glossum* (β) *basio-glossum* (γ) *cerato-glossum* (δ) *stylogloſſum* (ε) *ceratio-glossum* & (ζ) *mylo-glossum*.

XVIII. Ad finem linguæ uvula apparet *duobus musculorum paribus externo*, & *interno* movenda.

XIX. Basis linguæ est os hyoideum, quod per *V. musculorum paria movetur*.

XX. Musculi ossis hyoidis a *situ* dividi possunt in par musculorum (α) *rectum inferius* (β) *obliquum inferius* (γ) *rectum superius* (δ) *obliquum superius* & (ε) *laterale*.

XXI. Græci a termino aquo ad quem vocant primum par *sterno-hyoideum*, secundum *coraco-hyoideum*, tertium *genio-hyoideum obliquum*, quartum *genio-hyoideum rectum*, & quintum *stylo-ceratohyoideum*.

XXII. Infra os hyoides larynx occurrit, cujus cartilagines *septem musculorum paribus*, *duobus externis*, & *quinque internis* moventur.

XXIII. Primum par externum *cartilaginem scutiformem deprimens sterno-thyroides* vocatur, secundum *illam attollit*, & *hyothyroides nuncupatur*.

XXIV. Par primum internum *cartilaginem scutiformem dilatat cricothyroides*, secundum *cricoarytænoides posticam rimam aperit*, tertium *Arytænoides rimam claudit*, quartum *cricoarytænoides laterale rimam aperit lateraliter*, & quintum *Thyroarytænoides laryngem claudit*.

XXV. Auris *externa* est, aut *interna*. Auris externa *quatuor musculis movetur*. Primus illam *oblique antrorsum ducit versus inferiora*, secundus *antrorsum attollit*, tertii & quarti *usus valde exiguus est*.

XXVI. *In cavitate tympani tres musculi* reperiuntur: quorum duo movent malleolum, & tertius stapedem,

CA-

CAPUT IV.

De

Reliquis trunci muſculis.

RElIqui trunci muſculi in *thorace* reperiuntur, & *abdomine.*

II. Mammis in thorace ſubjacent muſculi *pectorales*, & *intercoſtales.*

III. Muſculi pectorales ſterno, & coſtarum cartilaginibus adhærentes cum muſculis humeri deſcribemus.

IV. Muſculi reſpirationi dicati reſpiratorii dicuntur.

V. Muſculi reſpiratorii inſpirationi inſerviunt, & exſpirationi.

VI. Muſculi *inſpiratorii thoracem dilatant, & expandunt: exſpiratorii* autem illam *contrahunt, & conſtringunt.*

VII. Thoracem dilatant utrimque *muſculus ſubclavius, intercoſtales externi, nec non ſerratus ſuperior, & inferior.*

VIII. Thoracem conſtringunt *ſacro-lumbus, triangularis pectoris, & intercoſtales interni.*

IX. Muſculorum intercoſtalium *XLIV. numerantur*: nimirum *utrimque XXII. XI. interni*, & *totidem externi.*

X. Externi *deſcendunt oblique verſus anteriora*, interni *verſus poſteriora*, & illorum *fibræ ſe mutuo interſecant per* modum crucis Burgundicæ.

XI. Muſculi abdominis in anteriores, & poſteriores dividuntur.

XII. Priorum in quovis latere quinque numerantur (α) *oblique deſcendens* (β) *oblique aſcendens* (γ) *rectus* (δ) *pyramidalis &* (ε) *transverſalis.*

XIII. Lumbi, & dorſum a *IV. muſculis moventur.*

XIV. Lumbos & dorſum flectunt *muſculi quadrati*, & extendunt *longiſſimus, ſacer, & ſemiſpinatus.*

CA-

CAPUT V.

De

Musculis artuum superiorum.

ARtus superiores in *humerum*, *cubitum*, *& manum externam* ab anatomicis dividuntur.

II. Humerus cum scapulis cohæret, & movetur brachii gratia quatuor musculis; uti sunt *musculus patientiæ* seu levator proprius, *serratus anticus superior* s. minor, *trapezius*, & *Rhomboides*.

III. Brachium novem musculorum ope *antrorsum*, *retrorsum*, *introrsum*, *& extrorsum* movetur.

IV. Brachium antrorsum movent *deltoides*, *& coracoideus*, introrsum *pectoralis* quem coracoideus adjuvat, retrorsum *latissimus dorsi*, *subscapularis*, *rotundus major*, *& rotundus minor*, extrorsum *infraspinatus*, *deltoides*, *supraspinatus*, *latissimus dorsi*, *& rotundus minor*.

V. Cubitus ex *ulna*, *& radio* componitur. Ulnam flectunt *biceps*, *& brachiæus externus*, *& extendunt longus*, *brevis*, & *brachiæus externus*.

VI. Musculi radii sunt quatuor *duo pronatores rotundus*, *& quadratus*, & *duo supinatores longus*, *& brevis*.

VII. Manus externa in *carpum* dividitur, *metacarpum*, & *digitos*.

VIII. Carpus libere movetur per musculum *palmarem*, *duos flexores*, *totidemque extensores*. Ex his duo vocantur *cubitæi*, & duo *radiæi externi*, *& interni*.

IX. Musculi digitos extendentes *communes* sunt, & *proprii*.

X. Communes sunt *sublimis* & *profundus* s. perforatus, & perforans, nec non *extensor magnus*.

XI. Proprii sunt 1) *indici*, qui *indicator* dicitur 2) *auriculari extensor* vel 3) *reliquis quatuor interossei* 4) pollici *extensor longus & brevis*, *thenar*, *antithenar*, & *hypothenar*.

CA-

CAPUT VI.

De

Muſculis artuum inferiorum.

ARtus inferiores ex *femore* compoſiti ſunt, *tibia*, & *pede extremo.*

II. Femur *antrorſum movetur* a muſculis *pſoo* ſeu lumbari, & *Iliaco interno.* Retrorſum movent *glutæi tres*, *major*, *medius & minor.* Introrſum movet muſculus *biceps.* Extrorſum movetur a *trigeminis & quadrato.* In gyrum agitatur ab *obduratore interno & externo.*

III. Tibiam flectunt quatuor muſculi poſtici, *biceps*, *ſemimembranoſus*, *ſeminervoſus*, *& gracilis.*

IV. Extendunt tibiam ſimiliter quatuor: *rectus*, *duo vaſti*, *& crureus.*

V. Tibiam introrſum movet *ſartorius*, & *extrorſum membranoſus*, *& poplitæus.*

VI. Pes a digitis abſtractus introrſum movetur *tibiæo* & *peronæo anticis.*

VII. Retrorſum pedem agunt *ſuralis externus*, *internus*, *& plantaris.*

VIII. Pes introrſum, & extrorſum ducitur a *tibiæo & peronæo* poſticis.

IX. Quatuor digitos minores flectunt *perforans*, *& perforatus* ſ. flexor magnus, & parvus.

X. Primum digitorum internodium flectunt *quatuor lumbricales.*

XI. Oſſa digitorum extendunt *extenſor magnus & parvus.*

XII. Pollex flectitur & extenditur per *muſculos proprios.*

XIII. Lateraliter digitos movent *octo interossei quatuor externi, & totidem interni.*

XIV. Huc pertinet etiam *abductor pollicis, & minimi digiti.*

SECTIO III.

De

Ossibus.

CAPUT I.

De

Ossibus in genere & illorum connexione.

OSsa constant ex tubulis poros innumeros habentibus, in quibus depositæ particulæ sanguineæ, & lymphaticæ circulantur.

II. Ossa *dura* sunt *cava*, *aut spongiosa medulla* repleta, aut *pingui humore* irrorata, & circa extremum *cartilagine incrustata.*

III. Ossa membrana cinguntur, quæ *periostium dicitur*, & a *dura matre*, *& a musculorum tendinibus oritur.*

IV. Partes ossium solidæ tres sunt. Pars media dicitur *os.* 2. *Apophysis* seu processus & 3. *Epiphysis* s. appendix.

V. Ossa ad *firmitatem connectuntur*, *& motum.* Prior connexio dicitur *concretio*, posterior *articulatio.*

VI. Connexio ossium ad firmitatem *symphisis dicitur*, & fit *per se*, *aut mediantibus aliis partibus.*

VII. Connexio ossium per se fit tribus modis *per suturam, harmoniam & gomphosin.*

VIII. Per suturam ossa cranii conjunguntur, per harmoniam ossa maxillæ superioris, & per gomphosin dentes maxillis infiguntur.

IX.

IX. Suturæ cranii *communes* sunt, aut *propriæ.*

X. Communes sunt sutura *frontalis*, *sphænoidea & Ethmoidea.*

XI. Suturæ propriæ *veræ* sunt, aut *spuriæ.*

XII. Veræ sunt *coronalis*, *sagittalis*, *& lambdoidea.*

XIII. Spuriæ sunt ossium *temporalium suturæ squamosæ.*

XIV. Connexio ossium mediantibus aliis itidem tribus modis fit, per *cartilaginem, ligamentum, & carnem.*

XV. Connexio ossium per cartilaginem *synchondrosis* dicitur, & *in maxilla inferiore cum temporibus observatur.*

XVI. Connexio ossium ope ligamenti *syneurosis* dicitur, & hoc modo *os femoris cum Ischio colligatur.*

XVII. Ossium connexio per carnem appellatur *sysarcosis*, *& in osse hyoide observatur.*

XVIII. Connexio ossium ad motum sive articulatio duplex est *laxior, & strictior.*

XIX. Articulatio laxior *diarthrosis* dicitur, strictior vero *synarthrosis.*

XX. Utraque fit tribus modis *Enarthrosi*, *Arthrodia*, *& Gynglimo.*

XXI. Enarthrosis est, cum *cavitas excipiens profunda caput oblongum amplectitur:* quod in articulatione femoris cum acetabulo Ischii contingit.

XXII. Arthrodia dicitur cum *cavitas excipiens est superficiaria*, qualis articulatio in osse occipitis, & prima vertebra colli occurrit.

XXIII. Gynglimus est *cum idem os excipit*, *& excipitur.*

XXIV. Inosculantur ossibus venæ & arteriæ intrantes cavitatem, & deponentes ibi pinguedinosam, & sanguineam medullam, ne rigida evadant ossa, aut rumpantur.

CAPUT II.

De

Ossibus capitis.

COmpages ossium in *truncum* dividitur, *& artus.*

II. Trunci partem superiorem constituunt *ossa capitis.*

III. Ossa capitis in *cranium* dividuntur, & *maxillas.*

IV. Cranium constat ex ossibus *propriis*, & *communibus.*

V. Ossa cranio propria sunt *os frontis*, *duo syncipitis*, *unum occipitis*, *& duo temporalia.*

VI. Ossa cranio, & maxillæ superiori communia sunt *os basilare*, *& spongiosum* seu cribrosum.

VII. Maxillæ duæ sunt superior, & inferior.

VIII. Superior immobilis undecim ossibus constat, quinque paribus, & uno impari.

IX. Quinque paria sunt *os zygomaticum*, *lacrymale*, *maxillare*, *nasi*, *& palati* : impar autem *vomer* dicitur in medio constitutum.

X. Maxilla inferior in pueris ex duobus ossibus constat, quæ in adultis coalescunt.

XI. Maxillæ suis alveolis XXXII. dentes excipiunt.

XII. Dentes quatuor *primores s. incisores* dicuntur, duo sequentes *oculares seu canini*, reliqui *molares & maxillares.*

XIII. In adultis serotini accedunt, s. dentes sapientiæ.

XIV. Auris interna quatuor ossicula continet, uti sunt *malleus*, *incus*, *stapes & os orbiculare.*

CAP.

CAPUT III.

De

Reliquis trunci ossibus.

RElIqua trunci ossa sunt *spina*, *sternum*, *claviculæ*, *scapulæ* & *ossa coxæ.*

II. Spina ex triginta ossibus seu vertebris componitur.

III. Vertebræ *veræ* sunt, aut *spuriæ.*

IV. Verarum numerantur XXIV. VII. colli, XII. dorsi, & V. lumborum.

V. Vertebræ veræ, excepta prima, VII. *processibus ornantur* duobus superioribus, duobus inferioribus, duobus transversis, & uno posteriori.

VI. Vertebræ superiores minores sunt, fiuntque procedendo ad inferiora majores.

VII. Prima colli vertebra dicitur *Atlas*, secunda *Epistrophus*, aut *Dens*, & tertia axis, reliquæ nomine carent.

VIII. Vertebræ sex inferiores, quæ os sacrum constituunt, appellantur spuriæ.

IX. *Os pectoris* alias *sternum* a figura *ensiforme* dictum infra in cartilaginem desinit, quæ *ensiformis aut mucronata* appellatur.

X. Costarum utrinque XII. *numerantur*: quarum *septem superiores* dicuntur *veræ* seu legitimæ, *quinque inferiores* autem *spuriæ.*

XI. Supra costas a parte posteriore *scapulæ occurrunt*, & ab anteriore *claviculæ.*

XII. Infra costas *os coxæ*, *seu innominatum* situm est in pueris ex tribus ossibus constans per cartilaginem conjunctis: in adultis autem nulla illorum apparet distinctio.

XIII. Pars ossis innominati superior, & latissima *os ilium constituit.*

XIV. Media pars innominati *Iſchium* dicitur, ſ. os coxendicis.

XV. Pars infima & poſterior oſſis innominati *os pubis* vocatur, *ſeu pectinis.*

XVI. Inter oſſa pubis & innominata *inſignis cavitas* intercedit *pelvis dicta:* in qua veſica continetur, inteſtinum rectum, & uterus in mulieribus.

CAPUT IV.

De

Oſſibus artuum.

ARtuum nomine *manus & pedes* veniunt.

II. Manus in *brachium, cubitum, & manum externam* dividitur.

III. Brachium *oſſe unico* conſtat, eoque magno, & valido.

IV. Cubitus ex duobus oſſibus componitur. Inferius & majus *cubitus dicitur, ulna, aut focile majus.* Superius & minus *radius* appellatur, *aut focile minus.*

V. Oſſa extremæ manus in oſſa *carpi* dividuntur, *metacarpi, & digitorum.*

VI. In carpo *octo oſſa* reperiuntur innominata duplici ſerie diſpoſita. Radio ſuperne quatuor oſſa connectuntur, & totidem inferne metacarpo.

VII. Metacarpus *quatuor oſſa habet,* ſuperius carpo, inferius digitis conjuncta.

VIII. Digiti ex *quindecim oſſibus* componuntur, & illorum ſeries *phalanx* dicitur.

IX. Quinque *oſſa primi ordinis ſunt majora, ſecundi minora,* & *tertii* minima.

X. Pes in tres partes dividitur, *femur, tibiam, & extremum pedis.*

XI.

XI. Femur *unico osse constat*, eoque maximo in toto corpore.

XII. Tibia ex *duobus ossibus* componitur in extremo conjunctis. Interius, & majus *tibia* vocatur, *canna major, aut focile majus.* Exterius, & minus *fibula* dicitur *perone, sura, canna minor, aut focile minus.*

XIII. Ubi os femoris cum tibia connectitur *mola* occurrit, *patella, aut rotula.*

XIV. Inferius in tibiæ extremo *malleolus internus, & externus* occurrit.

XV. Ossa pedis extremi in *tarsum* dispescuntur *seu pedium, metatarsum seu metapedium, & digitos.*

XVI. Tarsi ossa septem sunt: *talus, calx, os naviculare, cuboides, & tria innominata.*

XVII. *Ossa metapedii sunt quinque:* quorum interius pollicem sustinens valde crassum est.

XVIII. *Ossa digitorum sunt quatuordecim*, cum pollex ex duobus tantum constet; reliqua autem se habent ut in manu.

XIX. In *internodiis manuum, ac pedum ponuntur ossa sesamoidea.*

XX. Numerus ossium sesamoideorum incertus est: nunquam tamen ultra viginti ascendit.

SECTIO IV.

De

Organis motui sanguinis dicatis.

PARS I.

De

Thorace & corde.

CAPUT I.

De

Partibus thoracis internis & externis.

THoracis nomine concameratio illa ossea venit ex duodecim dorsi vertebris, viginti quatuor costis, sterno, & clavículis composita.

II. Par-

II. Partes thoracis *continentes* sunt aut *contentæ*.

III. Continentes *communes* sunt, aut *propriæ*.

IV. Communes sunt *cuticula*, *cutis pinguedo*, & *panniculus carnosus*.

V. Propriæ sunt *mammæ*, *musculi pectorales*, *intercostales*, & *sternum*.

VI. Thorace aperta *pleura* occurrit, *mediastinum*, *thymus*, *pericardium*, *cor*, *aspera arteria*, *pulmones*, *œsophagus*, & *diaphragma*.

CAPUT II.

De

Corde, & illius motu.

COr est *musculus ex fibris & staminibus fibrosis motricibus constructus*, ut ad contractionem & dilatationem robustam idoneus sit.

II. *Cor pericardio inclusum* in *medio thoracis situm* est.

III. Pars cordis *superior & lata basis* dicitur: *inferior* autem, *& angusta conus*, & cuspis.

IV. *Cordis basis suspensa est a venis & arteriis.*

V. Cordi duæ insignes *cavitates* insculptæ sunt, quas medici *ventriculos* vocant, *sinus*, *thalamos*, *specus*, *& antra*.

VI. Ventriculus dexter *latior est, sed brevior cuspidem non attingens*.

VII. Ventriculus sinister *angustior est*, *sed longior*, *& ad cordis cuspidem extensus*.

VIII. Cordis ventriculi *per septum inter medium in dextrum, & sinistrum dividuntur*.

IX. Dextro cordis ventriculo *vena cava* inseritur: *arteria* autem ex illo emergens *pulmonaria* dicitur.

X. *Vena* in sinistrum cordis ventriculum hians *pulmonaris* dicitur, & *arteria* ex illo egrediens *aorta*, seu *arteria magna*.

XI. Ad venarum latus *auriculæ cordis sitæ sunt*, in quibus sanguis divertitur non patente cordis cavitate.

XII.

XII. Ante orificia venarum, & in orificiis arteriarum *valvulæ ponuntur ſanguinis ex ventriculis in venas, & ex arteriis in ventriculos regreſſum impedientes.*

XIII. Vaſa cordis propria ſunt *arteriæ, & venæ coronariæ.*

XIV. Cor & auriculæ *nervos* accipiunt *a pari vago*, maxime *a plexu cardiaco.*

XV. Cor eſt omnis *motus partium ſolidarum, & fluidarum principium.*

XVI. Motus cordis duplici abſolvitur impulſu *conſtrictione, ſ. ſyſtole, & dilatatione ſ. diaſtole.*

XVII. Contractis cordis ventriculis ſanguis exprimitur, & per univerſum genus arterioſum & venoſum progreditur.

XVIII. Contractio cordis, & dilatatio arteriæ coincidunt.

XIX. Pulſus eſt dilatatio arteriæ.

PARS II.

De

Arteriarum ramificationibus.

CAPUT I.

De

Arteriis in genere.

ARteriæ conſtant ex *triplici lamella.*

II. Prima arteriarum lamella *ex nervis, vaſibus ſanguineis, membranoſisque expanſionibus* componitur.

III. Secundam lamellam fibræ *muſculoſæ in circulum contortæ, duræ & renitentes* conſtituunt.

IV. Tertia lamella *tenuis eſt & explanis, membranoſisque expanſionibus conſtructa.*

V. Arteria duplex eſt (α) *Aorta, ſeu arteria magna*, & (β) *pulmonaria.*

VI. Arteria magna amplo trunco ex ſiniſtro cordis ventri-

culo prodit, & valvulas tres ſigmoides exteriora ſpectantes accipit.

VII. Aorta ex ſiniſtro cordis ventriculo egrediens ſub valvulis ſemilunaribus *arterias coronarias* producit.

VIII. His conſtitutis pericardium egreditur, & ad IV. digitos ſurſum fertur indiviſa, & circa hoc ſpatium in tres partes dividitur.

IX. Pars major deorſum in latus ſiniſtrum reflexa dicitur *Aorta deſcendens.*

X. Pars ſecunda & media conſtituit *carotidem ſiniſtram*; tertia autem *carotidem vertebralem, & ſubclaviam dextram.*

XI. A principio Aortæ deſcendentis oritur *ſubclavia ſiniſtra, & vertebralis.*

XII. Ad caput tendunt IV. arteriæ: duæ majores *carotides*, & duæ minores *vertebrales* aut cervicales.

XIII. Carotides in anteriore colli parte aſcendunt, & in anteriores colli, & capitis partes diſtribuuntur.

XIV. Carotides in tranſitu ad collum *ramos* dimittunt ad *aſperam arteriam*, & *partes vicinas*: ad caput vero delatæ *in externas & internas* dividuntur.

XV. Carotides externæ abeunt in IV. ramos inſignes a.b.c.d.

XVI. Ramus a. proſpicit muſculis bicornis, linguæ, & faucibus.

XVII. Ramulus b. ad muſculos labiorum digaſtricum, & alios abit.

XVIII. Ramulus c. conſtituit arterias temporales, & pars illius major per maxillam inferiorem ad dentes excurrit.

XIX. Ramus d. tendit ad muſculos poſteriores colli, capitis, & cutem occipitis.

XX. Carotis interna perforato cranio inſignes ramos ad piam matrem, glandulam pituitariam, oculos, & aurem internam dimittit.

XXI. Arteriæ cervicales in poſteriore colli parte aſcendunt, & ſur-

& ſurculos e. ad medullam ſpinalem, & partes vicinas transmittunt.

XXII. Trajectæ per os occipitis ſupra medullam oblongatum coaleſcunt, dimittuntque ibi communem ſobolem f. quæ per medullam ſpinalem deſcendens cum aliis ramulis arterioſis intricatur, variosque anfractus efficit.

CAPUT II.

De

Arteriis ſubclaviis & axillaribus.

A Subclaviis circa principium a parte inferiore oriuntur *intercoſtales ſuperiores* duæ, tres, aut quatuor.

II. Eandem originem habent arteriæ *mediaſtinæ*, ſeu *diaphragmaticæ* ſuperiores.

III. A parte ſubclaviarum anteriore oriuntur *mammariæ*, quæ ſub ſterno incedentes hinc inde ramos ad partes externas transmittunt, & in mulieribus ad mammas.

IV. Mammariæ circa cartilaginem enſiformem emergentes rurſus quosdam ſurculos g. ad mammas transmittunt, tandemque per muſculos abdominis demerſæ lumbaribus, & epigaſtricis frequenti inoſculatione conjunguntur.

V. Arteriæ ſubclaviæ thoracis cavitatem egreſſæ dicuntur *axillares*, & in duos ramos h. & i. dividuntur.

VI. In principio rami i. prodeunt *ſcapularis externa*, & *aliæ inferiores*.

VII. A ramo i. oriuntur porro *tres minores ramuli* k l. m.

VIII. Ramus k. ſecatur in tres minores n. o. p. & hi deinde in plures alios diviſi per muſculos, aliasque partes vicinas transcurrunt.

IX. Ramulus l. per exteriorem brachii partem ſecundum longitudinem excurrit, dimiſſisque aliquot ſurculis ad partes vicinas circa cubiti flexuram deſinit.

X. Ramulus m. in duos ſurculos diviſus in partibus adjacentibus conſumitur.

XI. Ramus arteriæ axillaris h. conſtituit *ſcapularem internam, & thoracicas ſuperiorem, & inferiorem.*

XII. Per medium bracchii excurrens in itinere partibus vicinis propagines q. transmittit.

XIII. Sub flexura cubiti in duos ramos r. & ſ. dividitur.

XIV. Ramus r. per longitudinem radii ad carpum excurrit, ubi *pulſus tangi ſolet.*

XV. Carpum transgreſſus ramum externum, & internum t. & v. ad muſculos pollicis transmittit.

XVI. Reliquum hujus rami inter pollicem & indicem reflectitur ad volam manus, & ad pollicem propaginem w., & indici ſurculum x. transmittit. Reliqua pars verſus carpum excurrens aliis arteriis multiplici inoſculatione conjungitur.

XVII. Ramus ſ. ramum transmittit ad muſculos per illos rurſum recurrentem, & dividitur in duas arterias y. & z.

XVIII. Arteria y. producit *ramum* aa. per muſculos digitum flectentes diviſum.

XIX. Arteria y. dividitur in duos ramos alios bb. & cc. bb. interior & major inter cubitum, & radium intercedens muſculis vicinis manum, & digitos moventibus proſpicit.

XX. Arteria z. juxta ulnam excurrens frequenti germinatione dd. luxuriatur utrimque.

XXI. Ubi carpum ſuperavit mittit *inſignem ramum* ee. verſus partem exteriorem digiti auricularis, *& alium* ff. *verſus* latus oppoſitum, qui cum ramo r. per inoſculationem connectitur.

XXII. Mittit porro ad ſingula ſpatia inter oſſa metacarpi *ramulos* gg., qui hinc inde in vola manus diſtribuuntur.

XXIII. Reliquum *arteriæ* z. ſenſim reflectitur verſus pollicem, *& arcum* hh. format, qui cum ramo r. inoſculatione conjungitur, dimittitque *tres propagines* ii. kk. ll. *ad IV. digitos*, quæ ad illos accedentes bifurcatæ num. per vicina duorum digitorum latera excurrunt.

CAP.

CAPUT III.

De

Aorta descendente.

AOrta descendens producit *arteriam bronchialem* rarius unicam, sæpius duplicem.

II. Ad latus utrumque egrediuntur *intercostales inferiores.*

III. Infra intercostales oritur *diaphragmatica,* vulgo *phrenica* nunc simplex, aliquando gemina.

IV. Succedunt *lumbares,* & *arteria cæliaca* in ramum dextrum & sinistrum divisa.

V. Ramus dexter producit *gastricam dextram* ad ventriculum, *epiploicam dextram* ad omentum, *pancreaticam* dextram, *duodenam, cysticam, & hepaticam.*

VI. A ramo sinistro oriuntur *gastricæ sinistræ, epiploica gastro-epiploica, & splenetica.*

VII. Arteriæ cæliacæ succedit *meseraica superior*, quæ in varios ramos divisa tendit ad omnia intestina.

VIII. Utrimque ad latus emergunt *arteriæ renales* vulgo *emulgentes, adiposa*, & *atrabiliaria* s. succenturiata.

IX. Succedunt *spermaticæ, lumbares*, & paulo inferius ad latera *meseraica inferior.*

X. Truncus Aortæ descendentis circa principium ossis sacri dividitur in *duos ramos Iliacos:* & circa hanc divisionem oritur *arteria sacra.*

XI. Arteria Iliaca dividitur in *internam & externam.* Interna minor est, externa autem major.

XII. Ab Iliaca interna oritur *hypogastrica*, ab externa autem *epigastrica.*

XIII. Eandem originem habent *pudendæ*, & quædam *musculæ.*

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

CAPUT IV.

De

Arteriis cruralibus & arteria pulmonaria.

ARteriæ Iliacæ extra abdomen dicuntur *crurales.*

II. Crurales dividuntur in *externas & internas.*

III. Cruralis externa dividitur in *duos ramos majores* nn. & oo nn. versus truncum majorem reclinatur, oo. vero continuo versus inferiora descendit. Uterque versus poplitem in *varios ramulos* pp. *dividitur.*

IV. Truncus cruralis paulo infra genu dividitur in duos *ramos insignes* pp. & qq. pp. fertur juxta focile majus ad pedem, & dimissis hinc inde plurimis ramusculis in tarso *ingentem ramum progerminat* rr. cujus propagines per superiorem partem tarsi, metatarsi, & digitorum hinc inde diffunduntur, & ramus pp. cum qq. continuatur.

V. Truncus pp. ad II. aut III. digitos progressus rursus secatur *in duos ramos* rr. & ss. Ramus ss. dicitur *suralis*, & in medio dispescitur in II. ramos tt. & uu. & evanescit antequam extremum pedem attingit.

VI. Ramus rr. dimissis variis propaginibus versus posteriora, juxta internum malleolum ad plantam pedis tendens in duos alios ramos vv. & ww. dividitur.

VII. Ramus ww. versus pollicem progreditur, & diversos ramos ad exteriora transmittit.

VIII. Ramus vv. mittit quosdam surculos ad exteriorem calcis partem, & profunde valde incedens versus parvum digitum surculos partibus vicinis largitur. Sub ossibus reflexus, & juxta pollicem denuo ad superiora emersus jungitur cum ramo qq. & cum illo constituit *arcum* xx. & yy.

IX. Ab arcu xx. & yy. undique variæ emittuntur arteriæ minores zz. ad digitos.

X. Quan-

X. Quando arteriæ zz. ad digitos accedunt in duos parvos ramulos dividuntur & ſenſim a latere digitorum incedentes obliterantur.

XI. *Arteria pulmonaria* periçardium egreſſa dividitur in duos ramos majores pulmonem utriusque lateris adeuntes, qui ad ductum aſperæ arteriæ diſtribuuntur.

SECTIONIS IV.

PARS III.

De

Venarum ramificationibus.

CAPUT I.

De

Venis in genere.

SI venæ microſcopio conſiderantur apparent in illis *fibræ tenſiles, membrana glanduloſa, & muſculoſi faſces.*

II. Venæ triplices ut plurimum ſunt 1. *Vena cava*, 2. *Vena pulmonaria*, & 3. *Vena portæ.*

III. Vena cava lato oſculo dextro cordis ventriculo inſeritur, & ſanguinem illi ubertim infundit.

IV. Vena pulmonaria ſanguinem ex pulmonibus ad ſiniſtrum cordis ventriculum ducit, illique amplo trunco implantatur.

V. Tertia vena dicitur vena portæ, quæ non ut præcedentes altera extremitate in truncum deſinit, ſed utrimque in varios ramos diviſa eſt.

VI. In venarum cavitatibus hinc & inde pelliculæ reperiuntur quas *valvulas* anatomici appellant.

VII. Valvulæ frequenter occurrunt circa concurſum ramulorum.

CAP.

CAPUT II.

De

Trunco venæ cavæ aſcendente.

VEna cava dextrum cordis ventriculum deſerens *venam coronariam* ad cordis ſubſtantiam transmittit.

II. Vena cava pericardium nondum egreſſa dividitur in truncum *ſuperiorem & inferiorem.*

III. Truncus ſuperior pericardio perforato indiviſus fertur uſque ad jugulum.

IV. Circa hanc regionem abſcedit *vena azygos*, quæ dextrorſum, & verſus latera vertebrarum reflexa ramulos ad ſpatia intercoſtalia transmittit, qui *venæ intercoſtales* dicuntur.

V. A parte anteriore venæ cavæ *mediaſtina* egreditur ad *mediaſtinum*, & *pericardium.*

VI. Prope jugulum dividitur in *duas ſubclavias*: de quibus in capite ſequente.

VII. A quavis ſubclavia abſcedunt quatuor venæ inſignes. Prima dicitur *jugularis externa* utrimque ſua germinatione cum carotidibus coincidens. Hujus rami utrimque ſub mento conjunguntur, ut ab invicem ſeparari nequeant.

VIII. Secunda vena dicitur *jugularis interna*: utrimque prope arterias carotides in jugulo aſcendit, aſperæ arteriæ muſculis laryngis oſſis bicornis, linguæ, dentibus, & aliis partibus propagines largiens. Reliquum in duos ramos a. & b. dividitur.

IX. Ramus a. ſinum lateralem duræ meningis conſtituit: Ramus b. vero ſurculos ad glandulam pituitariam mittit, qui per duram matrem hinc & inde diſperguntur.

X. Vena tertia a ſubclavia aſcendens *cervicalis*, ſeu *temporalis* dicitur, & ad vertebras, medullam ſpinalem, & muſculos vicinos tranſit.

XI.

XI. Vena quarta utrimque a ſubclavia abſcedens *muſcula ſuperior* dicitur: & ſanguinem a muſculis colli, & capitis potiſſimum exterioribus recipit.

CAPUT III.

De

Venis ſubclaviis & axillaribus.

A Parte venarum ſubclaviarum inferiore *intercoſtales ſuperiores* oriuntur, trunco ſimplici per ſpatia intercoſtalia, ubi venæ azygos deſinunt, diſtribuendæ.

II. Eandem originem habent *venæ mammariæ.*

III. Venæ ſubclaviæ thoracem egreſſæ *axillares* dicuntur: & ante egreſſum a parte ſuperiore, *ſcapularis interna, & externa* oritur.

IV. Venæ axillares circa initium brachii in *cephalicam, & baſilicam* dividuntur.

V. A principio baſilicæ in latere oriuntur *duæ thoracicæ* e. & f.

VI. Baſilica ſub tendine muſculi pectoralis dividitur in tres ramos g. h. & i.

VII. Ramus g. cubitum attingens evaneſcit.

VIII. Ramus baſilicæ i. *vena ſubcutanea* dicitur, & circa tuberculum brachii externum in duos ramos m. & n. dividitur.

IX. Vena cephalica indiviſa fere manet ad cubitum uſque, ubi in ramum *externum* o. *& internum* p. dividitur per cubitum ad digitos excurrentem.

X. Ramus cephalicæ p. cum ramo ſubcutaneæ n. conjungitur: unde *ſaphena* prodit.

IX. Ramus ſubcutaneæ n. cum ramo cephalicæ p. conjunctus *medianam* conſtituit.

XII. Ramus baſilicæ h. profundus dicitur, & in medio cubiti in duos *ramos* q. & r. dividitur ad digitos excurrentes.

XIII. *Ramus* m. oblique versus radium currit, & deinde ad digitos fertur.

CAPUT IV.

De

Trunco venæ cavæ inferiore.

TRuncus venæ inferior & sine ulla fruticatione ad diaphragma usque progreditur.

II. Ad diaphragma accedens in transitu illi largitur venam *phrenicam* aut *diaphragmaticam.*

III. Diaphragmate perforato immergitur simæ parti hepatis, & ad illius substantiam tres aut quatuor ramos dimittit.

IV. Ubi tres aut quatuor digitos per hepar descendit illud iterum deserit.

V. Hepar deserens cum vena portæ juxta lumborum vertebras descendit.

VI. In itinere utrimque dimittit *lumbares superiores, atrabilarias*, & *adiposas emulgentes, spermaticas*, & utrimque *lumbares inferiores.*

VII. Truncus venæ cavæ sensim inde Aortæ subjicitur, & circa os sacrum in *duos ramos Iliacos* dividitur.

IIX. Ab horum principio digreditur utrimque *vena sacra.*

IX. Ramus Iliacus in externum, & internum dividitur.

X. A ramo interno oritur *hypogastrica*, ab externo superius *epigastrica*, & inferius *pudenda.*

CAPUT V.

De

Venis cruralibus.

RAmi Iliaci abdomen egredientes dicuntur *crurales.*

II. Truncus cruralis in *ramum internum*, & *externum* dividitur.

III.

III. Ramus internus *ſaphena* dicitur, & ad malleolum externum excurrit, ubi cum aliorum ramulis varie inoſculatur.

IV. A ramo majore oriuntur *Iſchias ſuperior, & minor, muſcula interna, poplitæa,* nec non *vena ſuralis,* & *Iſchia major.*

V. Tandem truncus ulterius deſcendendo abit in plurimos ramos innominatos ad digitos excurrentes.

CAPUT VI.

De

Vena portæ & pulmonaria.

TRuncus venæ portæ in hepatis principio in v. ramos dividitur a. b. c. d. & e. quorum duo majores a. & b. in ſinum amplum excurrunt.

II. Ab hoc ſinu, minor c. tranſit ad hepatis gibbum.

III. Rami majores a. & b. dividuntur in duos minores d. & e.

IV. Omnes hi rami in plures alios abeunt: & ita per totius hepatis ſubſtantiam diſſeminantur.

V. Inter ramos ſanguinem venæ portæ infundentes primo loco occurrunt *gemellæ* ſ. *cyſticæ* per veſicam felleam diſperſæ.

VI. His ſuccedunt *gaſtrica dextra* g. per ſuperiorem ventriculi partem diſperſa, nec non duodena h., & duo rami inſignes i. & k.

VII. Ramus ſiniſter i. minor & altior eſt verſus lienem extenſus, unde etiam *lienaris* dicitur.

VIII. In tranſitu *hæmorhoidalem internam* mittit ad inteſtina craſſa, maxime rectum.

IX. Superius a ramo ſplenico oritur *gaſtrica* ſ. ſtomachalis *major* m. & *minor* n. quæ cum ſuperiore *venam coronariam ventriculi* conſtituunt.

X. Truncus ſplenicus porro dividitur *in ſuperiorem* o. & *inferiorem* p.

XI. *Inferior* p. *dimittit* propagines q. in omentum *epiploicas ſiniſtras*, & quæ ventriculo, & omento communes ſunt *gaſtro, epiploicas.* r.

XII. Ramus ſplenicus ſuperior o. ventriculo *vaſa brevia* transmittit.

XIII. Ramus dexter venæ portæ x. antequam dividitur omento largitur *epiploicam dextram* r. & inteſtino duodeno duodenam v.

XIV. Ramus x. ſecatur in III. venas *meſeraicas majores* w. x. & y. per inteſtina excurrentes, & arcum conſtituentes.

XV. Ut arteria pulmonaria: ita etiam vena ejusdem nominis per pulmones diſtribuitur.

SECTIONIS IV.
PARS IV.

De

Sanguine, & motu illius.

SAnguis eſt *liquor rubricundus ex chylo a ~ vitali motu mediante productus.*

II. *Materiam ſanguinis chylus ſuppeditat*, cujus corporibus digerendo illa, & tornando ~ talem figuram introducit, ut lumen in ejus ſuperficie ſingulari ratione modificatum rubedinem repræſentet.

III. *Medium ſeu inſtrumentum* quo ~ utitur ad chylum in ſanguinem mutandum *eſt motus.*

IV. Motus ſanguinis eſt duplex *inteſtinus*, & *progreſſivus.*

V. Motu ſanguinis inteſtino *minima illius juxta ſe invicem moventur:* progreſſivo autem *per vaſa circumvehitur.*

VI. Motum ſanguinis inteſtinum ſuſtinent *particulæ ſubtiles aeris elaſticæ* in ſanguineis turgeſcentiam vitalem efficientes.

VII. A ſanguinis turgeſcentia *corporis vires dependent, & motus cordis.*

VIII.

VIII. Motus ſanguinis progreſſivus duobus modis peragitur 1. *ab intra extrorſum ſyſtole cordis, & motu reſpirationis*, 2. *ab extra introrſum motu partium tonico.*

IX. Syſtole cordis ſanguis per arterias *ad pulmones, & partes corporis poroſas vehitur*, quem illæ iterum *reprimunt in venas ut cordi iterum infundatur.*

X. Arteria pulmonalis ſanguinem ex dextro cordis ventriculo *ad pulmones agit ut nova materia ætherea impregnetur*, ex quibus per venam pulmonalem ad ſiniſtrum iterum redit.

XI. *Aorta ſanguinem ſurſum, & deorſum ad omnes corporis partes vehit.*

XII. Motu tonico *partes relaxatæ ſanguinem* recipiunt, quem *conſtrictæ* deinde exprimunt, & retrorſum compellunt.

XIII. Sanguis per partes poroſas *ad venam cavam reprimitur*, & per illam in auriculam dextram, & ventriculum dextrum infunditur.

XIV. Tonus partium reniſu *quodam moratur liberum ſanguinis progreſſum, factaque quadam compreſſione tenuior* portio per proportionata colatoria *dilabitur.*

XV. Uſus circulationis ſanguinis duplex eſt, *univerſalis*, & *particularis.*

XVI. Univerſalis *nutritionem reſpicit.* Hunc enim in finem arteriæ partibus datæ ſunt, ut ſanguinem nutritivum adducant, & venæ ut ſuperfluum reducant.

XVII. Uſus particularis ad duas claſſes referri poteſt. *Sanguis enim ad hanc vel illam partem vehitur, ut aliquid ab illo ſecernatur, humoresque ſimul alterentur.*

SECTIO V.

De

Organis reſpiratoriis.

CAPUT I.

De

Thorace, pulmonibus & diaphragmate.

ORgana respirationi dicata sunt *thorax*, *diaphragma*, & *pulmones*.

II. Diaphragma est *pars musculosa* anterius *sterno*, & *costarum ambitui*, posterius autem *lumborum vertebris* annexa.

III. Substantia diaphragmatis in *extremo tendinosa est*, succedit *musculosa* maximam illius partem constituens; medium autem *tendinosum est*.

IV. Cingitur diaphragmatis planum inferius *peritonæo*, & superius *pleura*.

V. Perforatur diaphrama *a dextris in parte tendinosa per venam cavam*, posterius *in parte carnosa per gulam*, & *lateraliter per nervos*.

VI. Pulmones in thorace adhærent *asperæ arteriæ in fauces hianti*.

VII. In aspera arteria *caput* considerandum est, *truncus*, & *rami*.

VIII. Caput ab aliis larynx dicitur, & ex v. cartilaginibus componitur: uti sunt *Tyroides s. scutiformis*, *Cricoides s. annularis*, *Arythænoides s. guttalis*, & *epyglottis*.

IX. Truncus asperæ arteriæ *ex cartilaginibus semicircularibus* duabus membranis conjunctis constat: *ramuli* autem *per pulmonum substantiam* hinc inde *sunt dispersi*, & in vesiculas pulmonales abeunt.

X. Pulmonum corpus ex meris aereis fistulis, & membranis vesiculosis, ramificationibus arteriarum, & venarum adhærentibus, & membrana involutis componitur.

XI. Vesiculæ bronchiorum pulmonalium ita sunt constitutæ, ut *ex trachea in proximas*, & *ex his in alias puteat transitus*.

XII.

XII. Aer per aſperam arteriam veſiculas proximas adit, & per has ad alias tranſit, uſque dum ad communem membranam perveniat, ſicque omnes expandat.

XIII. *Particulæ ſubtiliores aereæ in veſiculis pulmonalibus ſegregantur*, ∇eæ autem, & *craſſiores* iterum ex illis *rejiciuntur*.

CAPUT II.

De

Reſpiratione.

SUccenturiatum motus cordis organon ſunt *pulmones*, quorum *actio in reſpiratione conſiſtit.*

II. Totum reſpirationis negotium *a muſculorum thoracis, atque abdominis actione* procedit, & *ab alterna utriusque ventris dilatatione, atque ſubſidentia* dependet.

III. Reſpiratio duplici actu abſolvitur *inſpiratione*, & *exſpiratione.*

IV. In inſpiratione muſculi intercoſtales ⌒ & humoribus inflati abbreviantur, qui coſtas annexas attollunt, muſculus diaphragmatis ſuperior verſus inferiora deſcendit, inferior autem verſus ſuperiora aſcendit, & ita fornix pectoris dilatatur antea collapſus.

V. Aucta pectoris cavitate aer externus ob deſtructum æquilibrium gravitate ſua ruit in aſperiam arteriam, & illi annexos pulmones.

VI. In exſpiratione coſtæ a muſculis intercoſtalibus, & rectis abdominis antagoniſtis deprimuntur motus diaphragmatis fit contrarius, & aer craſſior e pulmonibus ejicitur.

VII. *In inſpiratione partes aeris ſubtiliores ſegregantur* & ſanguini permiſcentur; *aqueæ* autem, *& craſſiores per exſpirationem iterum rejiciuntur.*

VIII. *Sanguis in exſpiratione in pulmones recipitur*, & in inſpiratione iterum exprimitur.

IX.

IX. Aeris portio subtilior in vesiculis pulmonalibus segregata sanguini permiscetur, & hic *alium colorem in vena pulmonali acquirit.*

X. Aer sanguini communicatus *motum intestinum, fluiditatem, & calorem in illo producit.*

LIBER II.

De

Organis sensuum.

SECTIO I.

De

Illis in genere.

CAPUT I.

De

Partibus capitis in genere.

PArtes capitis *continentes* sunt, & *contentæ.*

II. Partes continentes *communes* & *propriæ* sunt.

III. Communes sunt *cuticula, cutis, pinguedo, & musculi.*

IV. Inter partes continentes proprias *pericranium* eminet, *cranium, pili & aliæ.*

V. Partes capitis contentas *cerebrum constituit, meninges, cerebellum, medulla oblongata, venæ, arteriæ, & nervi.*

CAPUT II.

De

Meningibus.

MEmbranæ cerebrum involventes *matres* dicuntur, s. *meninges.*

II. Meninges sunt duplices *exterior, & interior.*

III. Membrana exterior *meninx seu dura mater* vocatur: interior *meninx tenuis seu pia mater.*

IV.

IV. Dura mater ubique ex *duabus lamellis componitur*: exterior durior eſt, & aſpera, interior autem mollis & lubrica.

V. Dura mater in parte capitis poſtetiore latior, in anteriore autem coarctata *falcem conſtituit*, & cerebrum in partem dextram & ſiniſtram dividit.

VI. In duræ matris duplicaturis *quatuor ſinus majores occurrunt*: quibus alii adhuc quosdam minores addere ſolent.

VII. Primus ſinus dicitur *ſagittalis*, *ſecundus & tertius laterales*, *& quartus breviſſimus.*

VIII. *Sinus ſunt productiones venarum jugularium*, quæ in occipite coaleſcentes conſtituunt ſagittalem, ejusque ramus major quartum.

IX. *Sinus major productis hinc inde variis ramulis finditur in duos ramos majores*, & cum aliis *plexum choroideum* conſtituit.

X. Dura mater inveſtit cerebrum, cerebellum, medullam ſpinalem, & nervos majores, ſanguinemque in ſinus receptum ſua contractione promovet.

XI. Inter duram & piam matrem *membrana Arachnoides* occurrit per magnum occipitis foramen toti medullæ ſpinalis longitudini coextenſa.

XII. Pia mater exteriore tenuior eſt, cerebrum arcte complectitur, illiusque ſulcos, & foveas ingrediens arterias, & ductus venoſos ad interiora deducit.

XIII. Pia mater medullam ſpinalem, & nervos ex illa egredientes inveſtit.

CAP. III.

De
Cerebro & ſecretione ſpirituum.

CErebrum in *globulum anteriorem, & poſteriorem* dividitur.

II. Globulus anterior proprie *cerebrum* dicitur; poſterior autem *cerebellum.*

III. Cerebro, potiſſimum autem cerebello ſuccumbit *medulla oblongata.*

IV. Figura cerebri ſpherica eſt, & ſuperius usque ad corpus calloſum per talum in duo hemiſpheria dividitur.

V. Cerebrum, cerebellum, & medulla ſpinalis *duplici conſtant ſubſtantia corticali, & medullari.*

VI. In cerebro & cerebello ſubſtantia corticalis *exteriora occupat*, & medullaris interiora: *contrarium* autem *in medulla ſpinali accidit.*

VII. Corticalis cerebri ſubſtantia *cinericei eſt coloris*, medullaris *albicantis.*

VIII. Corticalis cerebri ſubſtantia ex *acervo innumerabilium glandularum figura, ac magnitudine diſcrepantium componitur.*

IX. Medullaris cerebri ſubſtantia conſtat *ex tubuloſis ductibus*, qui deinde in faſciculos collecti, & tunicis membranoſis involuti *nervos conſtituunt.*

X. Medullaris cerebri ſubſtantia in duriorem, & molliorem dividitur. Illa dicitur *corpus calloſum*, hæc *medulla oblongata.*

X. Medullari cerebri ſubſtantiæ *cavitas inſculpta eſt*, quam *fornix in duas partes laterales dividit*, & *ventriculos cerebri anteriores, & laterales conſtituit.*

XII. Per ventriculos cerebri laterales plexus choroideus expanditur in duas alas diviſus.

XIII. In his ventriculis ſpectantur anterius *corpora ſtriata.*

XIV. In angulo inclinationis corporum ſtriatorum *fornix* oritur, & ex illius medio *ſeptum lucidum.*

XV. Fornix verſus cerebellum eſt bifurcatus, & *tertium cerebri ventriculum* conſtituit.

XVI. Ad radices fornicis in fundo cavitatis rima reperitur ad infundibulum ducens, quæ *vulva* appellatur.

XVII. Ubi corpora ſtriata deſinunt duæ eminentiæ medullares oriuntur, quas *crura medullæ oblongatæ*, & thalamos nervorum opticorum appellant.

XVIII.

XVIII. Verſus poſteriora prope cerebellum IV. prominentiæ occurrunt: quarum duæ anteriores *nates*; poſteriores autem *teſtes* nuncupari ſolent.

XIX. Ubihæ eminentiæ concreſcunt, & circa medium medullæ oblongatæ non ſunt contiguæ *cavitas oritur quæ ventriculus quartus dicitur.*

XX. Principium quarti ventriculi *anus* dicitur: & circa illius confinia *glandula pinealis* ſita eſt.

XXI. Medulla oblongata a cerebro duabus radicibus majoribus oritur, quæ *crura* appellantur: a cerebello autem totidem minoribus, quas Williſius *pedunculos* appellat.

XXII. Anterius in baſi medullæ oblongatæ apparet infundibulum, cui glandula pituitaria adhæret.

XXIII. Medulla oblongata per magnum oſſis occipitis foramen tranſiens, & quadruplici membrana involuta *medulla ſpinalis* dicitur.

XXIV. Cerebellum eſt globulus minor ejusdem cum cerebro ſubſtantiæ.

XXV. In cerebello *proceſſus vermiformis* & *pons Varolii* obſervandus eſt.

XXVI. Sanguis per arterias carotides, verticales, & lumbares ad organa pneumatoſeos delatus in glanduloſa illarum ſubſtantia *partes activas, & æthereas moleculas ſpirituum nomine deponit.*

XXVII. Spiritus in medullari collecti, & transcolati intra cranium per X nervorum paria, extra illud autem per VII. cervicalia, XII. dorſalia V. lumbaria, & VI. oſſis ſacri ad omnes corporis partes feruntur.

CAP. IV.

De
Nervis ex capite oriundis.

NErvus conſtat duplici ſubſtantia medullari, & membranacea.

II. Nervi omnes intra cranium ex medulla oblongata, extra illud autem ex medulla ſpinali proficiſcuntur.

III. Nervorum intra cranium egredientium a recentioribus numerantur | *decem paria.*

IV. Par primum *ex nervis olfactoriis* conſtat, qui ad os cribro ſum accedentes craſſiores ſunt, & proceſſus papillaris nomen aſſumunt.

V. Secundum par conſtituunt *nervi optici, ſeu viſorii, tertium oculos movet, quartum par vocatur patheticum*, & fertur ad oculos.

VI. Quintum, & ſextum par appellatur *guſtatorium*, ſeptimum *auditorium* eſt, & *octavum vagum* nuncupatur.

VII. Par nonum *linguam* movet, & *decimum ad ſubvertebralia tendit.*

CAPUT V.

De

Plexibus nervoſis paris vagi.

NErvus paris vagi in muſculis gulæ, & cervicis plexum *gangliformem* conſtituit.

II. Deſcendens per collum efformat *in principio thoracis alium plexum priori non diſſimilem*, cujus propago maxima ad *plexum cardiacum* deſcendit.

III. Truncus paris vagi intercoſtalis e partibus capitis externis nondum emerſus *in plexum glandiformem* coercetur; ex quo truncus inſignis ad plexum vicinum majorem *in media cervice ſitum* transmittitur.

IV. Ab hoc nervorum pari oriuntur in abdomine ſeptem plexus nervoſi, uti ſunt *lienaris, hepaticus, duo renales, meſentericus magnus*, & *duo parvi in pelvi.*

V. Ut ſpiritus & anima ſenſibus in externis ſenſoriis præſunt: ita in plexibus nervoſis viſcerum actiones dirigunt.

CAP.

CAPUT VI.

De

Nervis ex medulla ſpinali ortis.

EXtra cranium nervi occurrunt ex medulla ſpinali binis ſemper principiis uno poſtico, & altero antico prodeuntes.

II. Numerantur illorum xxx. paria, & in *cervicalia*, *dorſalia*, *lumbaria & oſſis ſacri* dividuntur.

III. Cervicalium *ſeptem paria numerantur* abeuntia ad cervicem, diaphragma, & brachia.

IV. Dorſalium XII. *paria* obſervantur : quorum duo ſuperiora per brachia, reliqua per externa pectoris & abdominis diſſeminantur.

V. Lumbarium V. *paria* recenſentur, quæ vertebris, lumborum muſculis, oſſi ſacro, & innominatis incumbentibus nervis oſſis ſacri implantantur, & cum illis conjunguntur.

VI. Ex ſacro VI. *paria* emergunt cum lumbaribus inferioribus in nervum cruralem inferiorem abeuntia.

VII. Omnes hi nervi exceptis ultimis tribus *in proceſſus ganglifformes abeunt*, & ſi excipitur primum, & ultimum par *ramos ad inter coſtales dimittunt.*

VIII. Nervi ſunt ſpirituum canales, & ſenſuum organa.

SECTIO II.

De

Organis ſenſuum in ſpecie.

CAPUT I.

De

Senſibus in genere & in ſpecie de tactu.

SPiritus sunt materiales, & corporei, tenues, summe mobiles, & activi.

II. Spiritus duplici constant substantia *humida, & sicca.*

III. Humidam constituit *subtilissima succi nutritii pars*; sicca autem *ex purioribus aereis particulis componitur.*

IV. Ob rigidas, & elasticas partes spiritus in nervis contenti ab objectis sensibilibus moventur.

V. *Objecta movent nervos, & Spiritum in illis contentum afficiunt.*

VI. Spiritus in sensuum organis *percipit impressiones, animaque rationalis præsidio adjutus illas intelligit*, & *dijudicat.*

VII. Ad tactum omnes sensus referri possunt.

VIII. Tactus est sensus universalis, reliqui sunt tangendi modi.

IX. Tactus organon sunt *papillulæ nerveæ pyramidales*, undique e cute, potissimum autem in digitorum extremitatibus emergentes.

X. Objectum tactus est varium *durum & molle, solidum & fluidum, humidum & siccum, asperum & leve.*

XI. Objectum tactus organis applicatum *blande illa afficit, & sensum tactus producit sine omni molestia.*

XII. Si fibræ aut aliæ partes simul adstantes durius afficiuntur, & sensatio tristis sequitur, oritur dolor.

CAPUT II.

De

Oculo & visu.

PArtes oculum constituentes sunt *palpebræ* cum *ciliis, & supercilis, musculi, adeps, membranæ, humores.*

II. Palpebræ sunt *duplices superior, & inferior.*

III. *Pili* infra, & supra orbitam palpebrarum cartilagini in serti *cilia* dicuntur, *& supercilia.*

IV. Ex

IV. Ex concurſu palpebrarum reſultant duo *oculi canthi internus, & externus.*

V. Internus verſus nares ſpectans major eſt externo, qui tempora reſpicit.

VI. In oculorum canthis *glandula lacrymalis occurrit, & innominata cum vaſis excretoriis* per palbebras diſperſis.

VII. *Bulbus* oculorum *tunicis* conſtat, *& humoribus.*

VIII. Tunicæ *communes* ſunt aut *propriæ.*

IX. Communis *adnata dicitur* vel *conjunctiva*, album oculi conſtituens.

X. Propriæ ſunt *ſclerotis ſ. cornea, choroides ſ. uvea, & retina.*

XI. Humores oculorum tres ſunt, *aqueus, cryſtallinus, & vitreus.*

XII. Vaſa oculorum *arterioſa* ſunt, *venoſa, & nervoſa.*

XIII. Vaſa arterioſa a *Carotidibus internis, & externis oriuntur.*

XIV. Venæ *in jugulares externas* abeunt.

XV. Nervos oculos accipit *ad viſum par II.*, & ad *motum III. & IV. integrum*, necnon ſurculos *a V. & VI.*

XVI. Objectum viſus ſunt *lux & color.*

XVII. Ut objecta in camera obſcura; ita etiam depinguntur in tunica retina.

XVIII. Imagines objectorum per tunicas, & humores incidentes ſiſtuntur in parte oculi poſtica, & in tunica retina a ſpiritu & anima dijudicantur.

CAPUT III.

De

Auribus & auditu.

AUris in *externam* & *internam* dividitur.

II. Externa auricula dicitur, & *in ſuperficiem ſuperiorem*, & *inferiorem* diſpeſcitur.

III. Au-

III. Auricula superior ala seu *pinna* vocatur, & variæ eminentiæ in illa conspiciuntur.

IV. Ambitus exterior *helix* vocatur *aut capreolus*, cui *antihelix* opponitur, aut *scapha*.

V. Auriculæ inferioris eminentiæ *tragus vocantur*, cui *antitragus* opponitur, & lobus annectitur.

VI. Aurem internam IV. *cavitates* constituunt *meatus auditorius, tympanum, labyrinthus, & concha*.

VII. Meatus auditorius membrana clauditur *tympanum* dicta.

VIII. In tympani cavitate IV. *ossicula* reperiuntur, & *duæ fenestræ* versus labyrinthum spectantes.

IX. IV. Ossicula sunt *malleus, stapes, incus, & os orbiculare*.

X. Fenestra superior ovalis est, & per pedem stapedis clauditur: inferior autem magis rotunda membrana tenui tegitur.

XI. In tympani cavitate *chorda* præterea extensa est, seu *nervus* & *musculus* malleum detinens.

XII. Vasa auris habet *arteriosa, venosa, & nervosa*.

XIII. Arteriæ & venæ a *carotidibus, & jugularibus internis* oriuntur.

XIV. *Nervum acusticum* VII. par constituit *duobus ramis compositum molliori, & duriori*.

XV. Objectum auditus est *radius phonicus ex aeris fibratione formatus*.

XVI. Sonus *in auricula externa collectus ad interiora defertur*.

XVII. Sonus ad interiora delatus *subtensam pelliculam instar tympani bellici percutit*, & auram commovet intus latitantem.

XVIII. *Motus auræ in fibrillas nervi auditorii impellitur, & spiritus* in illis habitans pro diversitate motus illius *diversos sonos percipit*.

CAPUT IV.

De *Naso & odoratu*.

Na-

NAſus in partem *externam & internam* ab anatomicis dividitur.

II. Pars externa mobilis eſt aut immobilis. *Immobilis oſſea dorſum* dicitur.

III. *Pars mobilis ex corporibus cartilaginoſis* componitur: quorum latera *alæ, pinnæ*, aut *pterygia* appellantur, & extremitas globoſa in medio poſita *columnæ* nomen gerit.

IV. Naſum internum *ſeptum conſtituit, nares in dextram, & ſiniſtram* dividens.

V. Quælibet narium in duas partes dividitur: una ſurſum tendit ad os cribroſum, altera ſupra palatum in faucium, orisque interiora.

VI. In loco naſi interni ſuperiore *tria oſſa turbinata ſpongioſa* occurrunt oſſi cribroſo adhærentia.

VII. Oſſa ſpongioſa abſconditos habent *tubulos nervos*, a proceſſu mammillari orientes, & dura meninge veſtitos, proximum olfactus organon conſtituentes.

VIII. Objectum olfactus ſunt *effluvia ſalino-ſulphurea aeri communicata, & inſpiratione* ad tubulos nerveos extra os cribriforme propendentes *delata*.

IX. Ex horum *attactu* pro miaſmatum diverſitate *odor ſuavis, aut adverſus* a ſpiritu in nervis habitante percipitur.

CAPUT V.

De

Lingua & guſtu.

ORganon guſtus generale eſt aut ſpeciale. Illud *lingua* conſtituit; hoc autem *papillulæ* illius *nerveæ*.

II. Lingua ex *muſculis* componitur, *glandulis*, & *vaſibus*, quæ exterius craſſa membrana obducuntur.

III. Per medium linguæ linea depreſſa per longitudinem excurrit *mediana* dicta.

V. Connectitur lingua poſterius *faucibus*, *laryngi*, & *oſſi hyoidi.*

VI. Inferius maxillæ inferiori adhæret per *muſculos, ac proprium ligamentum membranoſum*, cujus extremum *frænum* dicitur.

VII. Fræno utrinque adjacent *glandulæ raninæ* a vaſibus vicinis dictæ.

VIII. Lingua venas raninas aſſumit a jugularibus, arterias, a temporalibus, & nervos, a V, VI, & VIII. pari.

IX. Organon guſtus ſpeciale ſunt *papillulæ nerveæ:* quarum ſingulæ ex anguſtiori radice in capitulum amplum, & fiſtuloſum ex ſurgunt clavos plauſtrorum inverſos referentes.

X. Papillulæ nerveæ cum nervis continuatæ ſunt, & *faſciculi fibrarum nervoſarum paris quinti.*

XI. Numerus papillularum *incertus* eſt: illæque ſine *ordine hinc inde diſperſæ* reperiuntur.

XII. Ad apicem *linguæ & latera copioſiores exiſtunt*, circa medium linguæ paucæ, nullæ autem in baſi, & parte inferiore.

XIII. Ubi papillulæ copioſiores ſunt, ibi magis vigere ſolet ſapor.

XIV. Objectum guſtus ſunt *particulæ ſapidæ* ſalinæ.

XV. Ut illæ melius penetrent debent (1) *porulos ſenſorii profundius ſubire.* (2) *Extra os ſolvi, aut per ſalivam aptæ reddi.*

XVI. Particulæ ſapidæ intimius papillulis nerveis impreſſæ, illas *ſcindunt, pungunt, titillant, contrahunt, demulcent, aut alio modo afficiunt*, diverſumque ſaporem ſpiritus cum jucunditate, aut moleſtia percipit.

XVII. Olfactus organon multum facit ad guſtum.

XVIII. *Naribus obſtructis*, & olfactu læſo *non vera fit ſaporum dignotio.*

LIB.

LIBER III.

De

Organis ſecretioni animali dicatis.

SECTIO I.

De

Organis chyliſicatorii.

CAPUT I.

De

Partibus abdominis continentibus & contentis.

PArtes abdominis dividuntur in *continentes* & *contentas*.

II. Partes continentes *communes* ſunt aut *propriæ*.

III. Communes ſunt *cuticula, cutis, pinguedo, & panniculus carnoſus*.

IV. Propriæ ſunt *muſculi* & *peritonæum*.

V. Peritonæum eſt *membrana partes contentas infimi ventris inveſtiens*.

VI. Peritonæum eſt *ubique duplex* ſed magis ab umbilico usque ad os pubis, maxime in mulieribus.

VII. Perforatur peritonæum ſupra *per gulam, venam cavam, & nervos paris vagi*: inferius autem per *inteſtinum rectum & vaginam uterinam*.

VIII. Lamella exterior *duos habet proceſſus* & in viris vaſa ſpermatica continet; in fœminis autem ligamenta uteri rotunda includit. In ſcroto hi proceſſus magis dilatantur, & tunicam teſtium vaginalem conſtituunt.

IX. Partes abdominis contentæ ſunt *vaſa umbilicalia vena ſc. umbilicalis, arteria umbilicalis, urachus* & omentum.

X. Omentum est *pars membranacea intestinis superposita.*

XI. Omentum *ex duabus membranis constat.* *Anterior pylo-ro*, fundo *ventriculi*, intestino *duodeno*, partique *lienis* concavæ cohæret; posterior autem intestino *colo.*

XII. Remoto omento conspiciuntur *intestina* nuda *mesenterio alligata superius crassa, inferius tenuia.*

XIII. Sub diaphragmate situs est *ventriculus, a latere sinistro lien, & dextro hepar.*

XIV. Infra os pubis *vesica urinaria* sita est: & in lumbis utrimque *renes* sub partibus anterioribus occultati.

CAPUT II.

De

Ventriculo & digestione.

VEntriculus est *sacculus membranaceus in sinistro hypochondrio situs alimenta digerens.*

II. Ventriculus duo habet orificia *dextrum & sinistrum.*

III. Sinistrum orificium *œsophagus* dicitur *ex faucibus per thoracem ad ventriculum descendens, & cibos deferens.*

IV. Orificium dextrum dicitur *pylorus, & alimenta digesta ad intestina dimittit.*

V. Ventriculus constat quatuor tunicis *membranosa, carnosa, & villosa seu glandulosa.*

VI. Tunicas ventriculi perreptant varia vasa sanguinea & *nervea*, quæ ultima *a pari vago, & plexu meseraico orta* ventriculum undique ambiunt.

VII. Usus ventriculi est *alimenta ex œsophago per sinistrum orificium recipere, digerere, & digesta ad intestina dimittere.*

VIII. Ad alimenta assumenda stimulamur *appetitu*, qui in *cibi ac potus desiderio* consistit, & sub *famis & sitis* nomine comprehenditur.

IX. Sitis ex *salivæ defectu*, & *ariditate membranæ in faucibus*

ex

expanſæ oritur unde ſenſatio triſtis in ſpiritu & deſiderium potus excitatur.

X. Famem experimur dum *fibræ motrices vacui ventriculi undique contrahuntur tunicæ nerveæ, & ſuperiori orificio moleſtia infertur* deſiderium cibi ſpiritui imprimens.

XI. Ad hoc deſiderium itaque ſedandum potus ingeritur, cibi manibus apprehenſi, & ori intruſi a dentibus primoribus inciduntur, a maxillaribus impetuoſius applicatis ſubiguntur, & cum ſaliva *e ductibus* prodeunte permiſcentur.

XII. Alimenta hoc modo parata, *larynge* a baſi linguæ ad palatum applicata *elevata verſus poſteriora* in ventriculum *detruduntur* in œſophagum, & ab hujus fibris motricibus relaxatis & conſtrictis ad ventriculum pelluntur.

XIII. Huc delata *a potu* ingeſto, & *lympha gaſtrica diluuntur*, partesque illorum *gelatinoſæ, ſalinæ, & oleoſæ* auxilio motus fibrarum contractivi *ſolvuntur & extrahuntur*, & cum reliquis adhuc permixtæ per pylorum mittuntur ad duodenum.

CAPUT III.

De

Inteſtinis & chyli ſeparatione.

INteſtina ſunt *ventriculus ad anum continuatus.*

II. Inteſtina ſunt duplicia *tenuina & craſſa.*

III. Inteſtina tenuia conſtituunt *Duodenum, Jejunum, & Ileon.*

IV. Adcraſſa *Cæcum, Colon & Rectum* referuntur.

V. In cavitate inteſtinorum potiſſimum tenuium reperiuntur *rugæ transverſæ, valvulæ conniventes, in colo autem inſignis*, cui etiam *proceſſus vermiformis* adhæret.

VI. In fine inteſtini recti *anus* conſpicitur tribus muſculis inſtructus. Primus dicitur *ſphincter ſeu conſtrictor:* reliqui autem *ani levatores* appellantur.

VII. Uſus inteſtinorum tenuium eſt *chylum a fecibus ſeparare*; craſſorum autem *reliquias ex corpore proſcribere.*

VIII. Dum enim maſſa chyloſa per pylorum ad Duodenum egreditur, cum bile e ductu biliario, & cyſtico per ductum choledochum egrediente permiſcetur, ut *partes aquæ cum oleoſis uniantur, & tota maſſa fluidior reddatur.*

IX. Affunditur etiam in Duodeno *ſuccus pancreaticus* liquori gaſtrico haud diſſimilis aquo *maſſa* ulterius *diluitur, partesque chyloſæ in liquorem homo geneum convertuntur.*

X. Maſſa chyloſa hoc modo diluta a *motu inteſtinorum peri-ſtaltico* ad inteſtina *tenuia*, & pars inutilis ad *craſſa premitur.*

XI. In inteſtinis tenuibus *pars fluidior* per tunicam villoſam in vaſa lactea transcolatur *craſſior* autem, & excrementitia per inteſtina craſſa *ad anum promovetur*, eoque relaxato *excernitur.*

CAPUT IV.

De

Meſenterio, viis lacteis, & progreſſu chyli ad ſanguinem.

MEſenterium eſt *membrana inteſtina colligans, ductusque chyliferos & ſanguineos continens.*

II. Meſenterium eſt duplex *meſeræum*, & *meſocolon.*

III. *Meſeræum colligat inteſtina tenuia, & meſocolon craſſa.*

IV. Vaſa meſenterii ſunt triplicia, *nervoſa, ſanguinea & lactea.*

IV. Vaſa lactea ſunt duplicia *primi, & ſecundi generis.*

VI. Vaſa lactea primi generis *ab inteſtinis oriuntur, & in glandulas meſenterii deſinunt.*

VII. Vaſa lactea ſecundi generis a *glandulis oriuntur, & ad cyſternam protenduntur.*

VIII. Ex cyſterna ſeu *receptaculo lumbari ductus thoracicus oritur*, qui per longitudinem thoracis extenſus *deſinit in venam ſubclaviam ſiniſtram.*

IX. Uſum

IX. Uſum horum vaſorum nomen declarat. Nam vaſa lactea primi generis chylum ex tenuibus inteſtinis recipiunt, & *glandulis in meſenterio* ſitis *infundunt ut magis diluatur.*

XI. Chylus ex glandulis meſenterii *per vaſa lactea ſecundi generis* in cyſternam, & ex hac per ductum thoracicum *ad venam ſubclaviam fertur, ubi ſanguini permiſcetur, & cum illo ad omnes corporis partes ducitur.*

LIBRI III
SECTIO II.

De

Organis ſecretoriis in ſpecie.

CAPUT I.

De

Mammis & lacte.

MAmmæ in thorace conſtitutæ ſunt, & *in partes externas, & internas* dividuntur.

II. Pars mammarum externæ ſunt *papillæ cum areola, & reliqua illorum ſubſtantia.*

III. Interna mammarum ſubſtantia *ex glandulis vaſculoſis* conflat, quibus interpoſiti ſunt *facculi adipoſi.*

IV. Ex quavis glandula *vas excretorium egreditur*, quorum IV. V. *aut* VI. *canalem minorem* conſtituunt.

V. Canales minores circa papillam coeunt, & vaſa *lactifera ſatis ampla conſtituunt.*

VI. Vaſa lactifera ad papillularum extremitates coeunt, & coarctantur, *ne liquor contentus exſtillet.*

VII. Uſus mammarum eſt *lac ex ſanguine alimentario ſeparare per arterias* mammarias allato.

VIII.

VIII. Lac eſt *liquor ex ſubſtantia oleoſa, & pingui, nec non particulis aquoſis, caſeoſis, & ſalino-ſalſis* compoſitus.

CAP. II.

De

Vaſibus lymphaticis & lympha.

VAſa lymphatica ſunt *exigui canales, ex tunica ſubtili, ac pellucida conſtantes, humorem limpidiſſimum ad maſſam ſanguineam vehentes.*

II. Vaſa lymphatica *nodulis denſiſſimis* referta ſint, qui totidem *valvulas* conſtituunt.

III. Vaſa lympham ſecernentia ſunt *furculi capillares arteriarum in artubus* hinc inde diſperſi, *& glandulæ.*

IV. Glandulæ a *Malpighio* in *muſcoſas* dividuntur, & *vaſculoſas.*

V. Glandulæ vaſculoſæ *ex nervis, venis, arteriis, & vaſibus lymphaticis ſunt compoſitæ.*

VI. Muſcoſæ ſunt *diverticula lymphæ, in quibus illa ulterius præparatur antequam ad maſſam ſanguineam feratur.*

VII. Vaſa lymphatica in *artubus oriuntur, aut viſceribus,* & hunc in modum diſtribuuntur.

VIII. Vaſa lymphatica ab artubus inferioribus orientia *venas comitantur, & tandem unita in glandulas lumbares deſinunt.*

IX. Ex his *renaſcuntur ſub* plurimorum *minorum vaſculorum forma,* quæ poſtea unita in *quovis latere Iliacos comitantur.*

X. Ubi vena portæ bifurcatur *coaleſcunt in unum* truncum, qui venam portæ comitatur.

XI. Hic truncus in itinere vaſa lymphatica recipit ex *teſtibus* oriunda, nec non *emulgentia* ex renibus.

XII. Huc accedunt vaſa lymphatica *meſenterii ad glandulas* lumbares excurrentia, & in priorem abeuntia.

XIII.

XIII. Huic trunco junguntur etiam vaſa lymphatica *hepatis, lienis, ſtomachi, & omenti.*

XIV. Hi trunci uniti conſtituunt *cyſternam*, aut receptaculum lumbare, quod *in ductum thoracicum abit, & lympham ſubclaviæ infundit.*

XV. Antequam autem hoc contingit vaſa lymphatica *thoracis, colli & brachiorum* recipit in *ſiniſtro latere* ſita.

XVI. Lympha ex latere dextro artuum ſuperiorum proveniens ſubclaviæ dextræ infunditur.

XVII. Lympha conſtat ex *particulis aqueis, gelatinoſis, & paucis ſalſo-ſalinis.*

XVIII. Uſus lymphæ eſt varius. In ſubclaviis enim ſanguini infuſa *illi inſervit pro vehiculo.*

XIX. Lympha *in ore, ventriculo*, & *inteſtinis* cibos digerit, & per vaſa lactea transcolata chylum in ſanguinem vehit, & particulas nutritivas ad partes corporis omnes.

XX. Lympha *humectat motus organa, & in uſum aliarum actionum impenditur.*

CAPUT III.

De

Hepate, & bile.

HEpar eſt *viſcus glanduloſum immediate ſub diaphragmate ſitum, humorem biliоſum a maſſa ſanguinea ſegregans.*

II. Hepar *in dextro hypochondrio ſitum eſt*, quod totum replet.

III. Hepar ſuperius *convexum* eſt, ſeu gibboſum poſterius *concavum.*

IV. Hepar *diaphragmati connectitur, & cartilagini enſiformi; in reſpiratione etiam ſequitur motum diaphragmatis.*

V. Vaſa hepar poſſidet copioſiſſima *venas, arterias, nervos, vaſa lymphatica, & ductus proprios.*

VI. Venæ sunt *vena portæ, & vena cavæ*, arteriæ a *dextro cœlicæ ramo*, & *nervi a plexu hepatico oriuntur*. Vasa excretoria in *vesiculam felleam abeunt*.

VII. Constat hepar ex variis glandulis ramulis venæ portæ, & cavæ racematim adhærentibus, & quasi lobos constituentibus qui propriis membranulis involvuntur in tunicam externam, seu membranam communem abeuntibus.

VIII. A singulis his lobis plures *ductus excretorii* egrediuntur, qui ramulis venæ portæ contigui pari passu cum illis incedunt, abeuntque tandem in *truncum singularem*.

IX. Truncus singularis cum alio meatu a vesicula fellis continuato coit *in tertium communem*.

X. Per hos ductus bilis in hepate secreta in vesiculam felleam & intestinum Duodenum demittitur.

CAP. IV.

De

Renibus & urina.

SAnguis per aortam descendentem ad renes delatus *serum superfluum urinæ nomine* ad vesicam transmittit.

II. Renes siti sunt inter duas *peritonæi tunicas*, *ad latera venæ cavæ*, *& aortæ descendentis*.

III. Renes figuram phaseoli exacte referunt, exterius enim *gibbosi sunt instar arcus*, *& interius sinuosi & concavi*.

IV. Renes duabus cinguntur tunicis *externa*, *& interna*.

V. *Externa* a peritonæo oritur, laxe renes ambit, & tunica *adiposa* nuncupatur.

VI. Tunica interior ab externo vasorum integumento oriens *arcte renes cingit*.

VII. Renes *ex tubulis cavis compositi* sunt, *& glandulis minutissimis* intra vasorum sanguineorum extremitates, & tubulorum ostia positis.

VIII.

VIII. Tubuli renales a ſuperficie *ad interiora reflectuntur*, tandemque *pelvim* ſubeunt.

IX. In pelvi depoſita rubedine albeſcunt, & invicem contexti *ad cavum pelvis* deſinunt, & in unum corpus abeunt.

X. Pelvis ad veſicam continuatur, & *ureteres* conſtituit.

XI. Ureteres ad *veſicam* feruntur inter duas peritonæi tunicas inſtar literæ S, & veſicæ oblique inſeruntur.

XII. Veſica ſita eſt *in abdominis cavitate inter duplicaturam* peritonæi.

XIII. Veſica dividitur in *fundum, cervicem*, aut collum.

XIV. Componitur veſica ex *tribus tunicis, communi, muſculoſa, & nervoſa.*

XV. In oſculo cervicis *ſphincter* ponitur urinæ ſtillicidium impediens.

XVI. Collo veſicæ a parte inferiori canalis membranaceus, & nerveus contiguus eſt, *qui urethræ dicitur.*

XVII. Sanguis ad renes delatus, *ſerum in glanduloſa illorum ſubſtantia deponit*, quod *per tubulos renales in pelvim depluit.*

XVIII. Urina *ex pelvi per ureteres ad veſicam defertur*, & inde *ejus ſphincter ſoluto per Urethram* ex corpore *proſcribitur*, & ita corpus a ſero ſuperfluo liberatur.

CAPUT V.

De

Cute & Sudore.

CUtis eſt *pellis totum corpus cooperiens.*

II. Cutis componitur ex *fibris albicantibus partium ſubjectarum continuatis ortis.*

III. Cutis perforata eſt *foraminibus copioſiſſimis majoribus, & minoribus.*

IV. Foramina minora dicuntur *pori*, & a quibusdam anatomicis *in majores, & minores* dividuntur.

V. Singulis poris subjacent *glandulæ miliares* ex quibus vasa prodeunt, quorum ostia intra cutis poros sunt abscondita.

VI. Singuli pori *pelliculis convexis* a cuticula formatis, tanquam *valvulis* operiuntur.

VII. Usus cutis est totum corpus ambire, & tegere, sudoremque, & transpirationem dirigere.

VIII. Sanguis enim ad habitum corporis, & glandulas miliares delatus partes aquoso-salinas in illis secernit, sub forma vaporis, aut guttarum excernendas.

LIBER IV.

De

Partibus genitalibus.

CAPUT I.

De

Partibus genitalibus virorum & semine.

MAs & fœmina ad generationis negotium concurrunt.

II. Partes genitales aliæ sunt *in viris*, aliæ in *mulieribus*.

III. Partes virorum genitales sunt *testes, paraſtatæ, vesiculæ seminales, & penis*.

IV. Testes sunt *glomi vasculosi extra abdomen in scrotum dependentes*.

V. Testes investiuntur tunicis communibus & propriis.

VI. Tunicæ communes ambos ambiunt, & sunt *scrotum* s. *bursa virilis*, & *Darton*.

VII. Tunicæ cuivis propriæ sunt *vaginalis, rubra, & albuginea*.

VIII. Testibus incumbunt *paraſtatæ* s. *Epididymedes*.

IX. Paraſtata est ductus *seminalis tortuose inflexus, & membrana albuginea involutus*.

X. Ubi

X. Ubi flexus desinunt ductus ille expanditur, & *vas ejaculatorium* s. *deferens* appellatur.

XI. Vas deferens capsula communi inclusum per duplicaturam peritonæi ad cavum abdominis pergit, & juxta penis radicem in *vesiculas seminales desinit.*

XII. Infra collum vesicæ occurrunt duo *corpora globosa superius lata, & inferius ovalia, quæ prostatæ appellantur.*

XIII. Prostatæ in penem desinunt, qui ex *communibus & propriis partibus constat.*

XIV. Communes penis partes sunt *cuticula, cutis, & panniculus carnosus.*

XV. Partes penem constituentes propriæ sunt *duo corpora nervosa s. spongiosa, urethra, glans, septum intermedium, musculi, & vasa.*

XVI. Usum harum partium illarum nomen indicat.

XVII. Ad generationis negotium *symbolum suum mas, & fœmina contribuunt.*

XVIII. Mas *semen fœcundum* exhibet in glomis testium vasculosis separatum.

XIX Semen in testiculis separatum, & transcolatum ad parastatas defertur.

XX. Parastatæ semen per vasa deferentia ad vesiculas seminales transmittunt.

XXI. Semen in vesiculis asservâtum una *cum liquore prostatarum* coitus tempore *per rigescentem penem* intra sinum muliebrem ejicitur.

CAPUT II.

De

Partibus genitalibus mulierum & conceptione.

PArtes genitales mulierum in *internas* & *externas* dividuntur.

II. Internæ ſunt uterus, *ovarium* & *tubæ Fallopianæ.*

III. Uterus ſita eſt *in hypogaſtrio* intra *veſicam urinariam*, & *inteſtinum rectum.*

IV. Uterus dividitur *in cavitatem & vaginam.*

V. Subſtantia uteri eſt *ſpongioſa*, tortuoſis ramificationibus venarum, arteriarum, & vaſorum lymphaticorum prædita.

VI. Uterus pertundikur a duobus canalibus appenſis qui *tubæ Fallopianæ dicuntur.*

VII. Tubæ Fallopianæ ſunt corpora *teretia, nervoſa, & concava.*

VIII. Extremitas tubarum pendula eſt, & *fimbriis pannorum attritorum non diſſimilis.*

IX. Juxta uteri latera ſunt *teſtes.*

X. Teſtes muliebres nihil niſi *ovaria ſunt.*

XI. Ovarium conſtat ex *corpore inæquali, & ex veſiculis.*

XII. Ovarium veſiculis ſeminalibus virorum non eſt diſſimile.

XIII. *Veſiculæ ſunt verum ovum*, & limpida aqua turgent.

XIV. Lymphæ ovulorum *corpuſculum* innatat *ſolidioris texturæ*, quod rudimentum eſt totius hominis.

XV. Partes genitales mulierum externæ dicuntur *pudendum.*

XVI. In pudendo exterius oriuntur *labia*, ex quorum conniventia *rima* formatur.

XVII. Labiis diductis occurrunt *alæ, ſeu Nymphæ* criſtas ſub gutture galli pendulas referentes.

XVIII. Ubi alæ ſuperius committuntur *Clitoris* cernitur, & ſub hac *foramen urethræ urinam reddens.*

XIX. Quod uſum harum partium attinet ſciendum eſt *conceptioni illas inſervire.*

XX. *Penis* enim *vagina exceptus ſemen in uterum ejaculatur*, quod protinus *per tubas Fallopianas ad ovarium defertur.*

XXI.

XXI. Pars ſeminis ſpirituoſa in unum, vel alterum ovulum incidens ſtatim ejus *interiora ingreditur*, & illis *motum vitalem introducit.*

XXII. A motu vitali *fit partium fluidarum turgeſcentia, & pellicularum extenſio*: unde ovulum a fibroſis teſticulorum vinculis convellitur, & evellitur.

XXIII. Ovulum a tubis Fallopianis ad uterum defertur, radices in illa agit, & creſcit.

CAPUT III.

De

Secundinis fœtu & partu.

UTerus *geſtationis tempore* valde *extenditur* in longitudinem, & craſſitiem, indeque *laxior evadit*, & *fungoſior.*

II. In uteri ſubſtantia, ſi transverſim diſſecatur *multa cernuntur foramina*, & integri *ſinus*, qui nihil aliud ſunt quam *tubuli arteriarum a ſanguine* continuo *aggeſto ampliores facti.*

III. Fœtus in utero contentus duabus includitur membranis, quarum exterior plurimis vaſis donata *Chorion*, & interior & candidior *Amnion* dicitur. Utraque humorem lentum continet: & illa quidem turbidiorem, hæc autem puriorem, qui ab *Harvejo lib. de gener. anim. exerc.* 16. *colliquamentum* vocantur.

IV. Fœtus huic aquoſitati innatat, & nutrimentum ex illa capit tam per *vaſa umbilicalia* antequam *placenta* formata ſit, quam poſtea per os puriorem ejus partem aſſumendo.

V. Vaſa umbilicalia e medio abdominis egredientia tria ſunt: *duæ ſc. arteriæ*, quæ ab Iliacis exortæ juxta veſicæ latera deferuntur, & *una vena* propago ſc. venæ portæ hepatis fiſſuræ inſerta.

VI. His denique accedit *urachus* ſeu exilis funiculus a fundo veſicæ ortus, illumque ſuſpenſum tenens.

VII. Urachus impervius eſt, & vix ultra abdomen progreditur, minusque ad hepar uterinum pertingit *variis nodis* hinc inde conſpicuis præditus.

VIII.

VIII. Parte ſuperiore chorii & uteri *hepar ſeu placenta uterina* adhæret, quæ terra quaſi eſt per quam vaſa umbilicalia ſuas longe lateque ſpargunt radices, non ita tamen ut vaſa umbilicalia vaſis matris implantentur.

IX. Placenta uterina non ſtatim primo obſervatur menſe: quam primum autem adeſt, *imbibit ſuccum nutritium* ab arteriis matris allatum, & per venam umbilicalem *in fœtus hepar defert.*

X. Subſtantia placentæ uterinæ maxime poroſa eſt, & ſpongioſa *per quam ſuccus chyloſus* ex arteriis ſeparatur, & colatur liquamentum modo dictum conſtituens.

XI. Sanguis ab uteri vaſis placentæ affuſus, & per eam transcolatus *in venam umbilicalem aſſumitur, & per venam portæ & cavam cordi infunditur.* Arteriæ umbilicales ſanguinem ſuperfluum a fœtu ad placentam derivant, a qua in venæ umbilicalis radices revertitur, ſanguisque ita itu & reditu ſuo *quandam efficit circulationem.*

XII. Fœtus partui vicinus in multis ab adulto diſcrepat, inter quæ potiſſima ſunt (1.) quod *caput, glandula thymus, & renes ſuccenturiati ſint majores* (2) *ambæ auriculæ cordis deprehendantur æquales.* (3) *ſanguis ex dextro cordis ventriculo ad ſiniſtrum transeat non per pulmones, ſed per foramen ovale, quod eſt intra venam cavam, & venam pulmonalem.* (4) *oſſa totius corpuſculi mollia ſint, & flexibilia, quædam* etiam *plane cartilaginea,* ut carpi & ſterni oſſicula, quædam *epiphyſibus diſtinctis donata* ut femur, tibia, humerus, & alia denique *in multas partes cartilaginis, aut membranæ beneficio conjunctas ſeparata* ut vertebræ, oſſa innominata. maxilla inferior. &c.

XIII. Quamprimum fœtus eſt excluſus *funiculus umbilicalis prope abdomen ligatur, & ſupra ligaturam reſecatur,* ut ille a ſordibus purgatus a matre ulterius *foveri, & ali* poſſit.

XIV. Hoc facto exitus ſecundinarum promovetur, ut oſtiola vaſorum uterinorum a placenta obdurata referari, ſanguisque & alii humores geſtationis tempore intra vaſa, & ſpongioſam uteri ſubſtantiam collecti educi queant, ſicque *lochia* fiant.

COL-

COLLEGIUM DE MEDICAMENTORUM PROPRIETATIBUS.

INDEX CAPITVM.

PROEMIUM

De

Medicamentis in genere.

LIBER PRIMVS.

De

Evacuantibus.

SECTIO I.

De

Evacuantibus universalibus.

CAP. I. De Abstergentibus.
II. De Alexipharmacis.
III. De Balneis.
IV. De Bezoardicis.
V. De Catarcticis.
VI. De Diaphoreticis.
VII. De Emeticis.
VIII. De Expellentibus.
IX. De Purgantibus.

X. De Sudoriferis.
XI. De Venæ Sectione.

SECTIO II.

De

Evacuantibus particularibus.

CAP. I. De Apophlegmatiſantibus.
II. De Carmmativis.
III. De Cauſticis.
IV. De Diureticis.
V. De Emmenagogis.
VI. De Errhinis.
VII. De Expectorantibus.
VIII. De Laxantibus.
IX. De Lythontripticis.
X. De Salivantibus.
XI. De Sternutatoriis.
XII. De Veſicatoriis.

LIBER SECVNDVS.

De

Alterantibus.

SECTIO I.

De

Alterantibus cauſam morbi.

CAP. I. De Abſorbentibus.
II. De Adſtringentibus.
III. De Analepticis.
IV. De Aperientibus.
V. De Balſamicis.
VI. De Confortantibus.

VII. De Conſolidantibus.
VIII. De Coſmeticis.
IX. De demulcentibus.
X. De Diluentibus.
XI. De Diſcutientibus.
XII. De Emollientibus.
XIII. De Excitantibus.
XIV. De Exſiccantibus.
XV. De Incidentibus.
XVI. De Incraſſantibus.
XVII. De Refrigerantibus.
XVIII. De Reſolventibus.
XIX. De Rubefacientibus.
XX. De Sanguinem de purantibus.

SECTIO II.

De

Alterantibus certam partem roborantibus.

CAP. I. De Cephalicis.
II. De Cordialibus.
III. De Nervinis.
IV. De Stomachicis.

SECTIO III.

De

Alterantibus certum morbum expugnantibus.

CAP. I. De Anodynis.
II. De Antaphrodiſiacis.
III. De Anthelminticis.
IV. De Antiſpaſmodicis.
V. De Aphrodiſiacis.
VI. De Hypnoticis.
VII. De Lacaugentibus.

VIII. De lac imminuentibus.
IX. De partum promoventibus.
X. De ſemen augentibus.
XI. ſemen imminuentibus.

PROOEMIUM.

De Medicamentis in genere.

§. 1.

MEdicamenta ſunt *corpora naturalia inſtructa certa, ac determinata efficacia ad movendum, vel motum ſiſtendum ut ſanitas amiſſa reſtituatur.*

§. 2. Medicamenta varie dividuntur: idque tam *ratione ſubſtantiæ, atque eſſentiæ*, quam *virtutis aut proprietatum.*

§. 3. Ratione ſubſtantiæ, atque eſſentiæ medicamenta dividuntur *in ſimplicia* atque *compoſita.* Simplicia iterum *ſunt* vel *nativa* ſ. *cruda*, vel *præparata* in pharmacopoliis.

§. 4. Simplicia nativa *deſumuntur ex triplici naturæ regno.* Hinc alia ſunt ex *minerali*, alia ex *animali*, alia *ex vegetabili* regno deſumta.

§. 5. Mineralia ſunt vel ♁*ea*, l. *lapidoſa*, l. *metallica*, l. ☿*ea*, l. ⊖*ina* Simplicia nativa ex animali regno deſumenda autem diſtinguuntur *in duriora*, & *molliora.*

§. 6. Simplicia nativa ex vegetabili regno commode in VI. claſſes diſpeſcuntur: quarum 1.) *radices* 2.) *ligna & cortices* 3.) *lacrymas, ſuccosque in ſpiſſatos* 4.) *folia & herbas integas* 5.) *flores* 6.) *denique fructus & ſemina* continet.

§ 7. Præparata in officinis tam ſimplicia, quam magis mixta ad XII. capita non incommode revocari poſſunt: quorum (1) *aquas deſtillatas* (2) *olea* (3) ☞*ardentes, urinoſos & acidos* (4) ⊖*ia volatilia*, (5) ⊖*ia media* (6) ⊖*ia fixa* (7) *Tincturas & eſſentias.* (8) *Extracta, conſervas, & Syrupos* (9) ♎*ta* (10) ♉, *fixata & calcinata* (11) *Electuaria, & pilulas* (12) *Emplaſtra unguenta, & balſama* continet.

§. 8. Ra-

§ 8. Ratione virtutis medicamenta dividuntur in *evacuantia, & alterantia.* Evacuantia ſunt vel *univerſalia, vel particularia.* Alterantia ſunt vel *analeptica*, vel *abſorbentia*, vel *præcipitantia.*

§. Virtus, & efficacia medicamentorum cognoſcitur tam a *priori*, quam a *poſteriori.* Illud fit per *habitudinis intrinſecæ evolutionem*: hoc autem per *tentativam illorum penes ægros applicationem.*

§. 10. Intrinſeca medicamentorum conſtitutio cognoſcitur tam ex illorum *principiis* quam *ſenſibili habitudine.* Idem contingit per artem *igne mediante*, & *aliis adminiculis.*

§. 11 Neque ſola hæc cauſarum & texturæ indago vires medicamentoſas declarat; ſed inſimul *conſulenda experientia:* qua de re pluribus agit BOHNIUS *in officio medici cap.* XXI. *de pharmaciæ adminiſtratione.*

LIBER I.

De

Evacuantibus.

§. 1.

EVacuantia ſunt *medicamenta in partibus machinæ humanæ fluidis motum excitantia, humoresque p. n. per debita emunctoria ejicientia, atque expellentia.*

§. 2. Differunt evacuantia 1. *ratione principii agentis*, 1. *ratione emunctoriorum* per quæ evacuationes inſtituuntur. Ratione prioris ſunt vel *mitiora, vel fortiora*, quatenus nimirum principio plus minusve activo ſunt inſtructa, adeoque vel majores, vel etiam minores motus inſtituunt.

§. 3. Quæ magnam potentiam & impetum motus nacta ſunt, ſive *quæ in exigua mole ſortiter exagitant & commovent, & in rebellibus chronicis morbis magnos effectus præſtare* poſſunt, dicuntur *generoſa* 1. *etiam* heroica: qualia ſunt *Vomitiva & fortiora purgantia*, in quorum præſcriptione ſumma ſemper prudentia & circumſpectio adhibenda.

§. 4. Ratione emunctoriorum evacuantia sunt vel vomitoria, vel purgantia, vel sudorifera, vel diuretica.

§. 5. In ordinandis evacuationibus talis ordo observari potest, ut (1) *sanguis per V.S. extrahatur* (2) *purgans exhibeatur* (3) *Diureticum*, & postea *sudoriferum.*

LIB. I.

SECTIO I.

De

Evacuantibus universalibus.

CAPUT I.

De

Abstergentibus.

§. 1.

ABstergentia sunt medicamenta *ad evacuantium classem pertinentia, quæ noxios humores, & impuritates in corpore, ejusque peripheria hærentes, obsticula ⊖ina vel etiam ob particulas lubricas, & fluxiles detergunt, abluunt, atque e Corpore educunt.*

§. 2. Abstergentia sunt vel externa, vel interna. Ad forum medicum proprie abstergentia interna pertinent.

§. 3. Interna sunt varii generis. Vel enim constant ex radicibus, & *herbis particulis acrioribus ⊖inis refertis*, vel etiam ex ⊖*ibus alcalinis non minus, quam mediis*, ex plantis copiosissimis particulis mucilaginosis imbutis. *Omnia purgantia sunt abstergentia, & sic vice versa.*

§. 4. Unicum tantum datur ⊖ alcali volatile in rerum natura. Media ⊖ia dicuntur, quæ conflata sunt ex ⊖e alcalino & acido: cujus generis sunt ⊖ *digestivum Sylvii* ☿ ☽*latus*, *arcanum duplicatum*, ☿ ☿*satus.*

§. 5. Interna conveniunt in morbis ubi *humores viscidi & pituito-*

tuitoſi in primis viis hærent, præſertim *ſi maritentur cum diluentibus* nocent vero ubi ☉ia acria prædominium obtinent.

§. 5. Externa ſunt quæ ad mundificationem ulcerum adhibentur, vel etiam ad cuticulam nitidiorem efficiendam, magisque ſplendidam & elegantiorem reddendam.

CAPUT II.

De

Alexipharmacis.

§. 1.

ALexipharmaca ſunt medicamenta *venenis reſiſtentia*, *maſſamque ſanguineam a putredine præſervantia* ab ἀλέξω depello.

§. 2. Venena duplici ratione in corpus noſtrum agunt, & tyrannidem exercent. Vel enim ab *extra illata ſubito interimunt*, vel *intus nata pedetentim agunt*, *& deſtruunt*.

§. 3. Venena ab extra illata pro illorum diverſitate diverſa etiam requirunt remedia. Si per *os aſſumtum* ſit venenum *conveniunt vomitoria lenientibus & demulcentibus permixta*, potus lactis copioſus bis terve repetitus ad vomitum usque. Idem ▽ tepida cum ♁ amygdalarum dulcium, vel olivarum ad vomitum hauſta. Venena cum vulnere inflicta requirunt ſuderifera leniora, qualia ſunt unicorn verum, *lap. Bezoardicus*, *CC. ſine* ♎*e*, *cum* ♄*ialibus* ♓*inis*, *Tr. ſic dicta Bezoardica*, *Mixt. ſimpl.* ♏ *CC. ſuccinatus*, *Theriaca cœleſtis*, *Diaſcord. Fracaſtorii*.

§. 4. Venenis in corpore natis reſiſtunt omnia illa, quæ mixturam ſanguinis turbatam reſtituunt, motum, & circulum æqualem inducunt, & a putredine præſervant. Hæc medicamenta dicuntur *univerſalia* ☉*Alexipharmaca*, & agunt leniorem diaphoreſin in maſſa ſanguinea promovendo, & noxia quævis e corpore eliminando.

§. 5. Omnibus alexipharmacis palmam præripiunt (ſed hic venena in corpore nata intelligenda eſſe ſcias) ☉ *& Camphora mixta* cum *diaphoreticis temperatis* ſæpius deſcriptis, quod *Doctorem &*

Pro-

Profeſſorem Hallenſem celeberrimum STAHLIUM commovit hunc in modum prorumpere: Wenn man Salpeter und Campher nicht hätte, ſo könte keine gifftige Kranckheit curirt vverden.

CAPUT II.

De

Balneis.

§. 1.

BAlnea ſunt *ſpecies remediorum, quibus ceu medio externo ſudor e corpore prolicitur.*

§. 2. Balneorum modus operandi duplex eſt: *poros cutis relaxare, & circulationem ſanguinis auctiorem, atque liberiorem reddere.*

§. 3. Balnea diſtinguntur in *naturalia, atque artificialia. Naturalia* calida e terra ſcaturiunt, & dicuntur *thermæ. Artificialia,* quæ in defectu naturalium horum vices ſupplent, duplicis ſunt generis, vel *ſicca, vel humida.* Hæc conficiuntur ex aqua ſimplici utplurimum fluviatili calida, vel ex herbis varii generis, & aqua communi puriore addita interdum pro re nata pauca vini quantitate. Illa parantur vel incenſione ♨, vel decocti cujusdam ſudoriferi infuſione ſuper lateres ardentes, aut ferrum ignitum, & dicuntur *Laconica.*

§. 4. *Balnea* præſertim *calidora,* atque *Laconica nocent plethoricis, Cachecticis, Coryza laborantibus, corporibus exſiccatis, atque emaciatis, calidioribus, ſenibus, melancholicis, maniacis, febre lenta, vel hectica laborantibus.*

§. 5. Evacuantibus univerſalibus apertis viis, ſolutaque plethora balnea conveniunt in illis, qui *graviſſimis ventris, & lumborum doloribus, Colica convulſiva, paſſione Iliaca ex hernia* laborant. *Laconica* inprimis *tumores partium frigidos diſcutiunt, & in contractura quavis & Paralyſi* conveniunt.

§. 6. *Ante uſum ſalvantium ♃alium commodum locum invenit balneum aquæ dulcis temperatum* ut hac ratione fluxiles fiant humo-

res,

res, & totum corpus poris apertis perſpirabile reddatur. Ita quoque *ante uſum Empl. ℘ialium* ad diſſipandos tophaceos tumores præſtat prius balneo uti.

§. 7. *Balnea non conveniunt die, quo purgantia adhibita, vel V.S. inſtituta fuit.*

§. 8. *Balnea optime conveniunt matutino tempore, ventriculo vacuo, item autumno, & vere; minus æſtate, & hyeme.*

§. 9. *Poſt balneum cavendum ab aere frigidiore, & ab omnibus frigidis.*

§. 10. *Balnea particularia ſunt pediluvia.* Hæc reliquis balneis ſecutiora ſunt: maxime autem commendantur in *capitis affectibus fere omnibus præſertim doloribus, Vertigine, Melancholia, Mania, ſomno turbulento, & vigiliis.* Adhibentur quoque poſt *nimium laborem, & motum:* ubi debilitatis admodum ſunt amica.

§. 11. Operantur pediluvia tum ſanguinem in pedibus lente circulantem, frigidum, laſſum diluunt, fluidificant, & ad citatiorem motum aptum reddunt. Porro ſubſtantiam cutis laxando efficiunt, ut ſanguis ab aliis partibus in has laxatas diſtribuatur, illasque relinquat.

§. 12. *Pediluvia optime adhibentur circa veſperam* ante lecti ingreſſum, & præſtat ſemper usque ad genua pedes immittere aquis, quam ſaltim partem illorum.

§. 13. Componi poſſunt pediluvia ex herbis emollientibus nervinis & volatili oleoſo præditis v. g. *Malvæ, parietariæ, Chamomillæ, Meliſſæ, Menthæ.*

CAPUT IV.

De

Bezoardicis.

§. 1.

BEzoardica non niſi nomine differunt ab alexipharmacis. Ita dicuntur *omnia quæ venenis imprimis in corpore natis reſiſtunt, illaque expellunt.*

§. 2. Nomen habent a famigeratiſſimo illo *lapide in caprarum quarundam Indicarum ventriculis concreto Bezoar dicto*: cui veteres primum inter alexipharmaca locum tribuebant. Huic vero lapidi nomen contingit ab Arabico vocabulo *bel*, quod ſignificat *dominus*, & *Zoar venenum*.

§. 3. Bezoardica dicuntur quoque an nonnullis *cordialia temperata*. Hinc plura de his, ubi de Cordialibus.

CAP. V.

De

Catarcticis.

§. 1.

CAtarctica ſunt medicamenta *non ſolum humores peccantes in inteſtinis hærentes evacuantia, ſed etiam ipſam maſſam ſanguineam cum reliquis humoribus ejicientia, majoresque turbas in illis efficientia.*

§. 2, Catarctica dicuntur alio nomine *Draſtica vel etiam purgantia fortiora*. Hinc plura de his, ubi de purgantibus.

CAPUT VI.

De

Diaphoreticis.

§. 1.

DIaphoretica ſunt *medicamenta evacuantia, maſſam ſanguineam leniter exagitantia, & extenuantia, ſpiritus languidos excitantia, tranſpirationem liberiorem efficientia, ſerumque ſuperfluum per poros cutis plerumque inſenſibiliter evacuantia.*

§. 2. Diaphoretica *gradu* ſaltim *differunt a ſudoriferis*. Hæc enim calidiora & magis volatilia ſunt, adeoque majore impetu agunt: illa vero leniora, ac fixiora, hinc blande ducunt.

§. 3. Omnia ſuperius deſcripta *Alexipharmaca univerſalia* vel

Be-

Bezoardica, quia ad diaphoresin disponuit, ac per cutis poros materiam peccantem educunt.

§. 4. Diaphoretica humores ☉sos tenues volatiles evacuant: qui humores quando regurgitant ad intestina, cuti extrinsecus adstricta oriuntur *Diarrhææ.*

§. 5. *Diaphoretica infantibus pueris, gravidis, puerperis magis conveniunt, quam sudorifera fortiora.*

§. 6. *Diaphoretica theriacalia, Camphorata, & Bezoardica media & fixiora in morbis acutis, & malignis reliquis sunt præferenda.*

CAPUT VII.

De

Emeticis.

§. 1.

EMetica sunt *medicamenta evacuantia humores vitiosos e ventriculo, partibusque vicinis propter ☉ fixum acidum causticum, vel etiam propter principium ♀eum tenue, & acre per superiora, h. e. per os ejicientia.*

§. 2. Modus operandi consistit *in spasmodica tunicarum ventriculi contractione.* Dum enim a particulis actioribus ☉ino ♀eis *ventriculus fortiter constringitur*, hujus constrictionis adminiculo saburra, atque colluvies vitiosorum humorum expellitur, atque evacuatur.

§. 3. Vomitoria sunt duplicis generis: quædam agunt *principio magis fixo, caustico, acido, qualia sunt* ☉ *lacea:* quædam agunt propter *principium magis subtile* ☉ino·♀eum *activum, qualia sunt ex* ☿*io parata*, quæ in exigua dosi magnam operationem exerunt, *uti* ☿ *emeticus, crocus metallorum,* ♀ *vitæ, infusum vitri* ☿*ii.*

§. 4. Indicant Emeticorum usum *humores in ventriculo stagnantes, atque corrupti, venena assumta maxime narcotica, haustum contagium, bilis copiosa viscida, crassa inventriculo, & duodeno hærens, nauseacum salivæ fluxu, sive fastidium ciborum, amaritiesoris, præcordiorum anxietas.*

§. 5. In principio *febrium lentarum, quæ invadunt poſt intermittentes male curatas*, vel *nimis cito ſuppreſſas, in principio phtiſeos ſtomachalis, Colica pertinaci, Aſthmate ſtomachali, & Cardialgia humorali*, item in *intermittentium pertinacia*, emetica præſentem ferunt opem.

§. 6. Si *cauſa dolorum graviorum* v. g. Cephalalgiæ, doloris Nephritici, Arthritici, item *morborum ſpasmodicorum, & convulſionum latitat in primis* viis vomitoria convenientiſſima ſunt.

§. 7. *Præſervatio a morbis contagioſis*, Dyſenteria, Peſte, febribus petechialibus *optime fieri ſolet per vomitum.*

§. 8 Contraindicant vomitum *virium defectus, diſpoſitio ad Lypothimiam, inflammatio ventriculi, viſcerum corruptio, phtiſis, Hæmoptyſis, debilitas nervoſi generis*, ad *Paralyſin, Epilepſiam, & Catarrhum ſuffocativum diſpoſitio, & notabilis ſeri defectus.*

§. 9. *Gravidis, atque puerperis raro, vel nunquam propinanda ſunt emetica* niſi ſint leniſſima, & ſingularis ad vomitum adſit diſpoſitio.

§. 10. *In paroxyſmis morborum ſpasmodicis* maxime Hyſterico, & Epileptico *vitanda ſunt Emetica.* Teſtatur enim experientia quosdam in mortem inde eſſe præcipitatos.

§. 11. Quoad anni tempora *vere, atque æſtate promptius operantur emetica, quam autumno & hyeme.* Quoad ætates *infantes, & juvenes facilius ferunt vomitum, quam ſenes.* Quoad ſexum vero *fœminæ facilius vomitu evacuantur, quam viri.*

§. 12. Quoad temperamenta *melancholici, & pituitoſi difficilius moventur* ab emeticis, hinc fortiora requirunt: *bilioſi, cholerici, ac facile mobiles temperatioribus, & lenioribus evacuantur.* Hinc etiam minor doſis illis offerenda.

§ 13. *Vitriolacea* requirunt naturam magis robuſtam, & viſcidorum humorum in primis viis colluviem: hinc *pituitoſis, frigidis, ruſticis conveniunt.*

§ 14. *Antimonialia* rite parata, & in juſta quantitate exhibita ſecuriſſima ſunt. Nam & *robuſtis, & debilioribus quadrant.*

§. 15. Ex

§. 15. Ex ☿ialibus omnium tutiſſimus eſt ☿ *Emeticus acidulus non alcalinus,* item ☿ *vitæ probe edulcoratus.* Minus ſecura ſunt *vitrum* ☿*ii, crocus metallorum, regulus* ☿. Obſervatum enim fuit hæc hypercatharſin lethalem ſæpius excitaſſe.

§. 16. *Non facile ægrotanti offerendum eſt emeticum, cujus natura eſt incognita,* & ſemper quærendum ante uſum emetici an æger tali evacuationi aſſuetus ſit, nec ne?

§. 17. *Celerioris operationis ſemper ſunt Emetica in forma liquida quam ſolida exhibita.*

§. 18. *Præſtat* non ſolum *ab aſſumto Emetico ſubinde tepidum, & pingue repetere vehiculum:* verum etiam quando jam ipſum operatur adjuvare vomendi actum eodem vehiculo. Quandoque digito infauces imiſſo, vel etiam pluma ſtimulandus eſt vomitus.

§. 19. *Ante uſum emetici, & poſt illum nocentiſſima ſunt acida,* quia infringunt ac enervant emeticorum efficaciam,

§. 20. *Præſtat inter vomitum ambulare, quam in lecto decumbere.* Motus enim promovet vomitum.

§. 21. *Frigus peſſimum eſt in vomitu,* hinc conclave temperate calidum eſt commendandum.

§. 22. *Quando vomitorium non operatur promovenda ejus energia eſt* ☋ *volatili. v. g.* ☋⊖☽. Si poſt hujus uſum non operatur medicamenta corrigentia & invertentia indicantur, & vomitus ad aliud tempus differendus eſt.

§. 23. Si ementica nimium debilitant, viresque dejiciunt *juſculum ex vino, vitello ovi, cinnamo, & croco exhibendum eſt.* Si hypercatharſis accedat *theriacalia cum* ☋*tuoſis* interne, & externe ſunt optima.

§. 24. Quando *morbi vires vomitu decreſcunt, & ſymptomata imminuuntur,* maxime ſi evacuant corruptos humores *indicium eſt repeti debere idem remedium* tertio, & quarto die ſequenti, ne vires nimium imminuantur, & ventriculus debilitetur.

§. 25. *Poſt vomitum nunquam cibi craſſiores, & coctionis difficilio-*

lioris aſsumendi; ſed laudabiles, boni ſucci, parce tamen, uti & potus ut ventriculo robur reſtituatur.

§. 26. *Emetica interdum commendantur cum diaphoreticis* tam fixioribus ⊖inis, quam volatilibus & ſic una fiedelia duo quaſi dealbantur parietes nimirum ut deobſtruatur, & evacuetur.

§. 27. *Emetica cum opiatis mixta evadunt* nonnunquam *diaphoretica* & potentiſſima, & magna medicamenta.

CAPUT VIII.

De

Expellentibus.

§. 1.

EXpellentia ſunt *medicamenta evacuantia impuritates ſanguinis ad corporis habitum deferentia, atque e corpore eliminantia.*

§. 2, Expellentia agunt in maſſam ſanguineam hanc ipſam commovendo, tranſpirationem leviorem efficiendo, & ad diaphoreſin diſponendo, hinc omnia diaphoretica, *Bezoardica*, *Alexipharmaca, atque Balſamica* merentur dici expellentia.

§. 3. Impuritates ſanguinis quæ magis ſunt ſubtiles vocatiles, & cauſticæ mitiora requirunt expellentia. Hinc *Bezoardica, atque Balſamica in Variolis, & Morbillis, Petechiis omnibusque morbis contagioſis* ſunt *præſtantiſſima*, & præ aliis eligenda,

CAPUT IX.

De

Purgantibus.

§. 1.

PUrgantia *ſunt medicamenta evacuantia colluviem vitioſorum humorum, vel inprimis viis, vel etiam partibus vicinis hærentem per inferiora expellentia, atque ejicientia.*

§. 2. Pur-

§. 2. Purgantia distinguuntur in *benigna*, & *fortiora*. Illa *lenius operantur*, *non tantas sedes efficiunt*, *nec tanta movent symptomata*: hæc *copiosiores sedes excitant*, & *majores motus in sanguine*, & *humoribus*, *majoresque turbas in systemate nervoso*. Hinc etiam dicuntur *Drastica*, *s. cathartica*.

§. 3. *Purgantia agunt propter principium activum* ☉*ino-*♀*eum*, *vel etiam resinosum magis vel minus subtile*, *atque causticum*. Hinc vellicando motus instituunt in intestinorum membranis nerveis, carneisque fortiter ipsas contrahendo, non sine insignibus quandoque torminibus; qua violentiore constrictione, & compressione partim intestinorum contenta, partim etiam varii generis humores per plexus intestinorum glanduloſos, per ductus, & vias huc terminantes sæpe magna in copia eliciuntur, & exprimuntur.

§. *Purgantia omnis generis humores evacuant*, nec dantur specifica, quæ elective secundum veteres hunc vel illum humorem attrahunt, atque educunt: eo tamen agunt discrimine, ut *benigniora humores magis tenues*, *fluxiles*, *magis mobiles*, *fortiora vero omnis generis humores evacuent*.

§. 5. Dantur purgantia specifica sano sensu sumta, quæ præter *virtutem stimulantem simul & corrigentem peccantes humores possident*. Sic *Tamarindi* ubi particulæ ♀eæ mobiles peccant accommodatissimi sunt. *Rhabarbarum & Aloe* ubi acidum, & viscidum abundat. *Jalapium* ubi serosæ visciditates accumulatæ sunt, *folia Sennæ* dum acidum sive Melancholicum humorem absorbuerint in malo Hypochondriaco egregiam locant operam.

§. 6. Selectiora purgantia ex fortibus sunt *Gummi guttæ*, *Helleborus albus & niger*, *Elaterium*, *succus Esulæ*, *Colocynthis*, *ejusque extractum*, *resina Jalap*, *scammon. trochisci Alhandali*, *eorumque extractum*. Ex benignioribus præter laxantia *folia senn. s. st. rad. Jalap. Mechoacannæ*, *Aloe*, ☿ *dulcis*, *Extract. Panchymag. Crollii*, *Elixir proprietatis purgans*.

§. 7. Purgantia fortiora conveniunt *in morbis frigidis chronicis*, *ubi humidum*, & *viscidum in sanguine prædominium habet* uti in Hydro-

drope, Cachexia, Scabie, Gonorrhœa. *Ubi humores fluxiles facti sunt*, & obstructiones prius reseratæ incidentibus & apperientibus. *Ubi virium robur constat, viscera salva sunt*, & appetitus non plane prostratus est, cum *corrigentibus* exhibita.

§. 8. Purgantia fortiora nunquam conveniunt in morbis *spasmodicis, vel etiam talismodi subjectis, ubi ☊ facile proni sunt ad spasmos*: uti sunt hystericæ, Hypochondriacæ, & qui dolori Colico, Nephritico & Arthritico obnoxii sunt. Pariter *ubi adsunt alvi obstructiones pertinaces evitanda* sunt omnia fortiora, & nimis calida purgantia, quoniam magis exsiccant. Porro *in omnibus glandularum meseraicarum obstructionibus*, ventris tumoribus, & infarctu viscerum nocentissima sunt purgantia fortiora. Magis enim virtute sua constringente spasmodicas obstructiones augent, & dum fluxiles humores absumunt, relinquunt crassiores, & fixiores.

§. 9. *Purgantia fortiora nocentissima sunt gravidis, puerperis, debilibus & ubi serum deficit*, uti in phtisicis, hecticis & senibus. *Exulent* quoque *in sanguinis turbatione, febribus omnibus, & omni inflammatione.*

§. 10. *Purgantia fortiora corriguntur ♁ibus admixtis, incidentibus, & antispasmodicis.* Sine ♁e enim, & corrigentibus fortiora vomitus facile cient, tormina efficiunt, calorem p. n., & sitim augent, pulsum celeriorem reddunt, corpusque debilitant.

§. 11. *Purgantia fortiora nunquam præservandi fine a morbis adhibenda sunt*, & præstat semper benignis uti, quam drasticis. Felicius enim per epicrisin, & successive purgantur humore, quam simul, & semel.

§. 12. Ex benignioribus *Radix Jalappæ ubi copiosum adest serum optime datur.* Contra ubi *humores ♁si biliosi* sunt, uti in scorbuto calido Jalappium non facile offerendum; sed commodiora tunc sunt *infusa laxativa ex Rhabarbaro, Cremore ☿*, item pulvis *ex ☉, ♃io diaphoretico, & diagridio ♀ato.*

§. 13. *Rhabarbarum leniſſimum purgans est*, ejusque calor facile temperari potest acidulo admixto v. g. *♁e succini, acetosellæ, ☉ pp. cre-*

cremore ♀. Hinc etiam gravidis, & phtiſicis citra damnum offerri poteſt.

§. 14. *Rhabarbarum in omnium alvi fluxionum principio exhiberi poteſt*, maxime quod præter abſterſionem tonum inteſtinorum labefactatum propter particulas ♂ſtres reſtituat: verum in ſubſtantia conſulius tunc propinatur.

15. *Rhabarbarum humidis, & in morbis frigidis convenientiſſimum eſt*, quoniam ob vim ſtimulantem obſtructiones reſerat, ob particulas ♂ſtres robur labefactatum reſtituit, nullasque turbas excitat in corpore.

§. 16. *Aloetia* etiam in refracta doſi data *poſſident virtutem* alvum *laxandi*.

§. 17. *Aloetia conveniunt perſonis humidioribus*, fœminis; cholericis vero macilentis, & ſiccis perſonis nocent, propter nimiam caliditatem, & acrimoniam.

§. 18. Qui *cereviſiæ aſſueti* ſunt *facilius Aloetica ferre* poſſunt, quam qui *vino* utuntur.

§. 19. *Quicunque ad Hæmorrhagias* v.g. narium, Hæmorrhoidum, uteri &c. *proclives ſunt temperari ſibi debent* a nimio *aloeticorum uſu*. Sic quoque *gravidis* crebrior *pilularum aloeticarum uſus nocet*, præprimis cholericis, & ſiccis, ob metum hæmorrhagiæ, & abortus.

§. 20. *Folia ſennæ ſ. ſt.* leniſſimo calore *extracta* optime agunt, *cocta* vero tormina excitant.

§. 21. ⊖*ia incidentia virtutem* foliorum Sennæ mirum augent, & tormina abigunt, ſive illorum pulveri ſive infuſo admiſceantur.

§. 22. *Folia Sennæ cum vino, vel* ♃ *exhibita* optimam exercent operationem maxime ſi addatur cremor ♀, & Manna.

§. 23. *Tamarindi* propter ⊖♀eum acidulum acre, ſubtile, egregie *operantur* citra tumultum præcipue ſi illorum decoctum infundatur *foliis ſennæ*, quod infuſum in principio chronicorum ☉ *ad mixto* feliciſſimo cum ſucceſſu datur.

§. 24. *Pruna, paſſulæ, poma Borsdorfiana,* ℥ *amygd.* d. & ſuccus *liquiritiæ* alvum ſervare ſolent apertam, præſtantque cæteris omnibus.

§. 25. *Pruna, poma Borsdorfiana,* aliaque lubricantia *in ventriculi debilitate non conveniunt*: optime autem ubi ſiccitas alvi adeſt, uti in Melancholicis.

§. 26. *Gummata* vel ſibi relicta, vel cum purgantibus maritata ad *humores acidos corrigendos, & evacuandos* maxime *ſunt accommodata.*

§. 27. *Emetica* refracta doſi *purgantibus admixta* mirum in modum horum vim intendunt. Hinc in contumacibus chronicis morbis uti *in Hydrope* ſunt accommodatiſſima.

§. 28. In præſcribendis *purgantibus reſpectus* ſemper *habendus eſt ad ipſa ſubjecta* ratione ætatis, ſexus, temperamenti, conſuetudinis, & morborum quibus ſunt aſſueta, item ratione humorum evacuandorum.

§. 29. Ratione ætatis *infantibus pueris, atque ſenibus* nunquam propinanda fortiora. Infantes, ac pueri leniſſimis evaucuantur v. g. *ſyr. de cichor c. Rhabarb. vel ſimplici, vel admixto* ☿ *Jalap. & guttula* ℥ *Aniſi.*

§. 30. Ratione ſexus *fœminæ* præ viris *felicius admittunt purgantia*, & facilius evacuantur.

§. 31. Ratione temperamenti *ſanguinei, atque cholerici*, ac perſonæ naturæ calidioris, & activioris *facillime purgantur*, tardius pituitoſi, tardiſſime melancholici.

§. 32. Ratione conſuetudinis ſedulo inquirat medicus *an ſubjectum facilius purgetur nec ne?* & quænam purgantia optime ferat. Natura enim & hic certam medico ſuppeditat regulam.

§. 33. Ratione morborum *ſubjecta quæ inclinant ad ſyncopen & ſpasmos*, idem quæ ad Diarrhæam proclivia vel ſcorbuto calido, & bilioſo laborant *cautiſſime aſſumant purgantia.* Ita quoque in morborum paroxyſmis, & criſi nunquam admittenda ſunt purgantia, item ubi morborum malignitas metuenda.

§. 34.

§. 34. Ratione humorum evacuandorum *ſeroſi*, *bilioſi*, ⊖*ſi humores facilius educuntur*, difficilius pituitoſi, difficillime acidi. Hinc melancholici, & Hypochondriaci fruſtra ſæpius tentantur purgantibus.

§. 35. *Æſtate & vere cum* fluidiores ſunt humores longe *melius operantur purgantia* quam autumno, & hyeme.

§. 36. *Calor, & motus augent purgantium vim.* Hinc calido vehiculo optime ſummuntur, & motus poſt illorum uſum commode imperatur; contra quies, ſomnus, frigus retardant evacuantium efficaciam. Hinc etiam aer, & potus frigidus poſt purgantia aſſumtus eſt peſſimus.

§. 37. *Purgantium* virtus *exaltatur* quoque *balneis.*

§. 38. *Purgantia in forma liquida exhibita* celerrime operantur, tardius in *pulvere*, ignaviſſime *in pilulis.*

§. 39. *Purgantia recentia* & ſubtiliſſime *triturata* longe *præſentioris ſunt operationis* quam vetuſtiora, & craſſioris formæ.

§. 40. *Opiata, theriacalia, acida & cibi viſcidi pingues impediunt purgantium vires.*

§. 41. *Spirituoſa, & aromatica hypercatharſin* præſentiſſime *ſedant:* quando autem cum purgantibus exhibentur illorum efficaciam adaugent.

§. 42. Poſt uſum purgantium maxime calidorum alvus ſicca & conſtipata fit, tardiusque fæces ſecedunt. Hinc poſt acriorem purgationem convenit *uti cibis lubricantibus, non acidis, neque* ⊖*ſis.*

CAPUT X.

De

Sudoriferis.

§. 1.

SUdorifera *ſunt medicamenta evacuantia maſſam ſanguineam exagi-*

tantia, particulas ſeroſas ☋*inis ſæpius impregnatas per habitum corporis ſub forma vaporis ſenſibiliter ejicientia.*

§. 2. Sudorifera ſunt vel *volatilia*, quæ ſubtili principio & ☋e volatili ♀eo inſtructa, qualia ſunt ☋*ia volatilia* ♁*oſa animalium, radices alexipharmacæ, camphora,* & ex *ſambuco parata*, vel *medii generis* quæ alias diaphoretica dicuntur, quæque principio ♀eo acido actiones ſuas exſerunt v.g. *Fracaſtorium*, *Theriaca cæleſtis*, ✝ *Bezoardicum*, *mixt. ſimpl.*, ▽ *prophylact. Sylvii*, vel *fixiora*, ut ♁*ea alcalina uſta, & calcinata*, ☋*ia vegetabilium fixa*, ☉*oſa, & herbæ amaræ.*

§. 3. Sudorifera porro diſtinguuntur in *calidiora*, quæ multum habent ♁ volatilis uti ſunt *vegetabilia, & minus calida*, quæ tenuiſſimo volatili ☋e facile evaporabili imbuta. Unica enim guttula ♁ ♌ plus calefacit quam ℈ ß ☋is volatilis.

§. 4. *Sudorifera calida & volatilia agunt magis poſitive* movendo humores & ☊: *fixiora* & alcalina autem *privative* impedimenta motuum in machina microcoſmica removendo.

§. 5. *Sudorifera ſunt evacuantia univerſalia*, & humores ☋ſos volatiles ſeroſos educunt. Locum habent in omni ſtaſi ſanguinis, & lymphæ catarrhalis, rheumatiſmis, tumoribus frigidis, inflammationibus & nervis pituita obſeſſis.

§. 6. In *malignis, peſte, febribus acutis ſudorem excitare in principio convenit*, ſed blandum, nec per medicamenta nimis calida; ſed media, & temperata alexipharmaca.

§. 7. Sudores in principio & progreſſu inflammationum cieri poſſunt; ſed *fixioribus* ☉*oſis, anodynis*. Calida enim, & ex regno vegetabili deſumta nocent.

§. 8. *In febribus intermittentibus* ☋*ia* vegetabilium *fixa, & amara* opportune dantur ad ſudorem movendum, minus commode volatilia, & ☋ia ♁ oſa.

§. 9. Melius *cietur ſudor* in morbi *principio*, vel *declinatione*, in *ſtatu* & morbi *progreſſu* non facile, ſed ſufficit diaphoreſis.

§. 10. *Sudorifera ex lignis* parata ſ. decocta, ſ. illorum *EE.* aut ☊ Cachecticis, Scorbuticis, & lue Venerea affectis maxime quadrare ſolent.

§. 11.

§. 11. *Theriacalia*, *& Camphorata*, *Bezoardica* fixiora, & media, ℞ *& mixturæ Bezoardicæ*, ☥ *Bezoardica* in morbis acutis, & malignis reliquis ſunt præferenda.

§. 12. *Terrea fixiora*, *nitroſa*, *anodyna*, *opiata*, *in inflammationibus*, & nimiis ſanguinis *ebullitionibus*, ac motu ☊ effreni, idem in morbis ſpasmodicis convenientiſſima ſunt.

§. 13. *In corporibus debilitatis*, & ubi alvus fortiter adſtricta eſt *nunquam ſudorem excitare convenit.*

§. 14. *Ubi cutis denſa eſt*, ac corpus non patens, humores cum ſanguine craſſi, & ubi plethora *ſudorifera* maxime *volatilia nocentiſſima ſunt.* Diſponunt enim ad Vertiginem, Paralyſin, Apoplexiam, affectus ſoporoſos, Guttam ſerenam.

§. 15. *Sudoriferis* optime *præmittuntur purgantia*, ut primæ viæ liberentur.

§. 16. *Sudorifera matutino tempore*, *ventriculo vacuo ſunt aſſumenda*, alias ad incongruum locum particulas alimentares chyloſas rapiunt, ubi obſtructiones pariunt, & caput præcipue noxam inde percipit.

§. 17. *Sudorifera vehiculo calido aſſumenda ſunt* nonnunquam ☊tuoſo, & in hypocauſto calido, ſive lecto melius operantur, quam ſub aere frigido.

§. 18. *Non facile ultra horam ſudor debet profundi*, quoniam ſudor nimius ſerum abſumit, & vires.

§. 19. *Induſia recentia anxietates præcordiales inducere ſolent* propter tranſpirationem, quam impediunt. Conſultius itaque moderate prius calefieri debent : quod de lectis etiam obſervandum.

CAPUT XI.

De

Vena Sectione.

VEnæ ſectio eſt *operatio chirurgica, qua ope convenientis inſtrumenti vena aperiuntur ad ſanguinem evacuandum.*

§. Primaria V. S. indicatio eſt *ſanguis abundans*, vel ipſius *evacuationis ſuppreſſio.*

§. 3. In V. S. inſtituenda, ſuadenda, dirigenda medicus ſemper conſiderare debet temperamenta, *ætates, climata, anni tempora, victus rationem, & ægrotantium.*

§. 4. Ratione temperamenti *ſanguinei, ſanguineo-cholerici, & ſanguineo-melancholici* V. S. facillime ferunt; minus commode pituitoſi, & pure melancholici.

§. 5. Ratione ætatis *juvenilis atque virilis* ætas facilius fert V. S. quam infantilis, & ſenilis.

§. 6. Ratione clymatis *incolæ calidiorum regionum facilius ferunt V. S.* quam in frigidis locis habitantes. Unde Galli, atque Itali largiorem ferunt V. S., nec facile læduntur larga V. S. adhibita.

§. 7. Ratione anni temporum *vernum, & autumnale ad* V. S. celebrandam convenientiſſima ſunt. Potius reſpiciendum eſt ad tempus commoditatis, & neceſſitatis.

§. 8. Ratione victus & diætæ V. S. facilius tolerant *qui frequentius vino utuntur*, multumque comedunt, quam qui inediam patiuntur, & tenui utuntur victu.

§. 9. Ratione virium nunquam ſuadenda V. S. ubi *vires deficiunt*, niſi illæ a plethora fuerint oppreſſæ.

§. 10. In *Apoplexia a Plethora oriunda*, in omnibus morbis ubi excretiones ordinariæ ſanguinis ſuppreſſæ, in *Arthritide*, *Iſchiade* ſanguinea & calida, *Pleuritide*, *Peripneumonia*, *Angina*, *febribus* ardentibus ſine malignitate, febribus bilioſis, maxime ubi plethora conjungitur, in tertianis æſtivis, bilioſis V. S. *ſumme eſt neceſſaria.*

§. 11. *Atrociſſimus* in parte *dolor* & ad ipſum ſanguinis affluxus copioſus *deſiderat V. S.*

§. 12. Si ſanguis abundat *in morbis criticis inſtituta* V. S. *criſin adjuvat*, ipſamque ſalutarem reddit: ipſo autem tempore critico non eſt adminiſtranda, ſed ante illud tempus.

§. 13. *In Dyſenteria, Diarrhœa, defectu virium, proclivitate ad animi*

nimi deliquium, inque omni morborum *malignitate* inſtantibus excretionibus criticis, pulſu exiſtente debili, & inæquali *a V. S. cavendum eſt.*

§. 14. In *Epilepſia*, & *morbis ſpaſmodicis V. S.* ordinarie motus ſpasmodicos augere ſolet, & *nocet*, niſi magna ſimul adſit plethora, & talismodi morbi ex evacuatione ſanguinis ordinaria ſuppreſſa originem habeant.

§. 15. In *menſium defectu* ptopter defectum virium, & ſucci chyloſi poſt diuturnos morbos *peſſima eſt.*

§. 16. Irreparabile damnum *in declinatione* morborum poſt multos a natura exantlatos labores *V. S. affert.*

§. 17 Abuſus V. S. diſponit ad *Cachexiam*, *Hydropem*, *malum hypochondriacum*, digeſtionem depravatam, & febres intermittentes reddit pertinaciores.

§. 18. *Finis* V. S. nonſolum *eſt evacuatorius* ſed etiam *derivatorius*, quia ad venam ſectam ſanguis cum impetu ruit.

§. 19. In *affectibus capitis* hæmorrhagia narium, affectibus *oculorum* optime *ſecatur vena* in crure.

§. 20. *Menſium fluxus ſiſtitur adminiſtrata V. S.* in manu. Sanguinis enim fluxus nimius in partibus inferioribus curatur per V. S. inſtitutam in ſuperioribus partibus, & vice verſa.

§. 21. *In inflammationibus revulſio eſt deſideratiſſima in parte oppoſita:* & in Pleuritide pro diverſitate doloris in dextra vel ſiniſtra parte lateris vena incidenda erit.

§. 22. *V. S. non eſt electiva ſed* per eam bona mixta malis evacuantur, & non tantum ſanguis ſubtilis, & fluidus, ſed etiam craſſus.

§. 23. *Delectus* qui inſtituitur *inter venas conterminas*, baſilicam, medianam, cephalicam *eſt ridendus*; ſed inter venas minores capillares, & majores delectus quidam habendus, idem inter ſecandas venas in ſuperiore, vel inferiore parte, vel inter venam dextri, aut ſiniſtri lateris.

§. 24. *Alvi præcedanea laxatio non contemnenda ante* V. S. eſt ſic enim motus ſanguinis liberior factus excrementa felicius expurgat.

§. 25. *Vnium, & juſcula confortantia ante & poſt V. S indulgenda ſunt.* Qui ad lypothimiam inclinant, iis ſenſim ſanguis mittendus eſt, & poſtmodum ejusmodi confortantia propinanda. §. 12.

§. 26. *Post V. S. somnus in sanguineis non est nocivus*: nocet autem pituitosis: in genere tamen non facile concedendus est propter metum hæmorrhagiæ loci secti.

§. 27. Notabile est *pulsum post venam sectam majorem fieri*, sed concoctionem debilitari.

§. 28. Paucissimi libram unam sanguinis sine animi deliquio amittere possunt; si vero per vices v.g. viginti id fiat 3. ℔ sine animi deliquio emitti possunt.

§. 29. *Cucurbitulæ V. S. vicariæ esse possunt* in serosis, pinguibus catharrhosis personis, ac ubi dolor, & obstructio est profunda apprime utiles sunt.

§. 30. Qui aliquoties V. S. & cucurbitulis assuetus est, si intermittantur, *graves quandoque in morbos incurrit.*

LIBRI I
SECTIO II.
De
Evacuantibus particularibus.
CAPUT I.
De
Apophlegmatisantibus.

§. 1.

APophlegmatisantia sunt *medicamenta ptialismum promoventia, humores viscidos tenaces in faucibus hærentes incidentia resolventia, & evacuantia.*

§. 2. Agunt hæc remedia propter ⊖ *acre irritans, atque stimulans*: cujus beneficio major excitatur affluxus particularum serosarum, quarum ope viscositates resolvuntur, atque evacuantur.

§. 3. Distinguuntur apophlegmatisantia in *leniora* uti sunt *Hyssopum*

ſopus, Majorana, Imperatoria, Cubebæ, Maſtix, Nux moſchata, & fortiora, qualia ſunt *Zinziber, Piper, radix pyrethri, ſemen ſynapi. Naſturtii.*

§. 4. Ex hisce variæ concinnantur formulæ, & præſcribuntur vel in forma *trochiſcorum*, vel *electuarii*, vel *decocti*, vel *pulveris*.

§. 5. Modus uſurpandi conſiſtit in eo, ut medicamenta præſcripta *per tempus in ore detineantur usque dum ptialiſmum*, ſive ſputationem excitent, atque promoveant.

§. 6. *Tempus* quo apophlegmatiſantia commodiſſime uſurpantur *eſt matutinum*, quando ventriculus vacuus exiſtit.

§. 7. *Morbi*, inquibus veteres hoc remedii genus adhibuerunt ſunt *affectus capitis diuturniores, ſopor gravis, oculorum hebetudo, auditus difficultas, aurium tinnitus.*

§. 8. Morbi qui *contra indicant* apophlegmatiſantia ſunt *exulcerationes oris, laryngis, atque pharyngis, gingivarum ulcera, dentium caries, aſthma, inflammatio pulmonum, phtiſis.*

§. 9. Apophlegmatiſantia differunt a ſalivantibus in hoc, quod illa in ore ſaltim detineantur, hæc vero vel aſſumantur, ac deglutiantur, vel etiam externe ſaltem partibus etiam remotioribus applicentur: conveniunt autem in eo, quod utrumque remedii genus ſputationem promoveat.

CAPUT II.

De

Carminativis.

§. 1.

CArminativa ſunt *medicamenta inteſtinis dicata, flatus in primis viis contentos diſcutientia, diſſipantia, & dijicientia.*

§. 2. Carminativa alia ſunt *proprie talia*, alia vero *per accidens evadunt carminativa*, quatenus nimirum cauſas inflationis abdominis removent.

§. 3. Quæ proprie carminativa dicuntur ſunt *aromatica*, & quodammodo *acria* v.g. *Zinziber*, *Piper*, *Zedoaria*, *Galanga*, *cortices citri*, *aurantiorum*, *nux Moſchata*, & ex his paratæ *EE. ſic dicta carminativa*, *qualis eſt VVedelii*, item ℞ ☿ *acr.*, ♀ *acr.*, ⊖ *ia vol.* ♍ *oſa*, ♋ ⊖ ☽, CC. *ſucc. carm. de tribus*, vel denique *amara*; quæ omnia agunt irritando fibras inteſtinorum, motumque periſtalticum accelerando.

§. 4. Carminativis optime admiſcentur, vel etiam præmittuntur laxantia, emollientia, ac humectantia quia abdominis inflatio ſæpiſſime originem habet ab alvi conſtipatione.

§. 5. *Si ſpasmi retentionis flatuum* cauſa ſunt *antiſpasmodica* egregiam præſtant operam: ſi a *dolore calculi* abdominis inflatio contingat addi poſſunt *anodyna*.

§. 6. *Si alvus* pertinaciter *clauſa carminativa proprie* talia *nunquam* laudabilem *exerunt effectum*, niſi alvus aperiatur clyſteribus aperientibus quibus commode admiſcentur Carminativa ♍ oſa, qualia ſunt ♍ *Anethi coctum*, *Chamomelæ*, *& baccarum lauri*, ♍ *carvi deſtillatum*.

CAPUT III.

De

Cauſticis, atque Cauteriis.

§. 1.

CAuteria ſunt *medicamenta externa continuum diſſolventia, & partes ſubjacentes corrodentia, eſcharam ſive cruſtam excitantia, nec non affluxum humorum promoventia.*

§. 2. Cauteria ſunt duplicia vel *actualia* vel *potentialia*.

§. 3. Actualia cauteria conſtituunt *inſtrumenta variæ figuræ*, vel ex auro, vel ferro, vel alio metallo parata *ignita*, & partibus corporis humani *applicata*.

§. 4. Horum uſus frequentiſſimus eſt in *amputatione membrorum ſphacelatorum ad ſanguinem ſiſtendum*, vel in *applicatione fontanel-*

canelli, vel etiam in *dentium carie*, atque *dolore* ubi nimirum dentes excavati sunt. Vid. HOFFM. *in Poterium p.* 181.

§. 5. Cauteria potentialia dicuntur *causlica*, & agunt corrodendo partes, quibus applicantur, solutionemque in illis efficiendo. Hæc sunt vel *sicca*, vel *fluida*. Sicca sunt *lapis sic dictus infernalis corrosivus*, *crystalli lunæ*, ℞ *calcinatum*, ♃. Fluida sunt *butyrum* ☿*ii*, ♁ ℞ ▽ *vel* ℟.

§. 6. Hæc adhibentur vel ad *verrucas extirpandas*, vel etiam *ad fonticulos excitandos*. Horum beneficio humores a partibus nobilioribus derivantur ad illam partem ubi fonticulus, sicque evacuantur.

CAPUT IV.

De

Diureticis.

§. 1.

DIuretica *sunt medicamenta evacuantia massam sanguineam fundentia, atque urinæ secretionem, atque excretionem promoventia.*

§. 2. Diuretica variæ sunt naturæ, alia sunt *aquea* ut *succus betulæ, acidulæ, thermæ, potus Theæ, Veronicæ.* Alia sunt ♓ *ea ut lap.* ♋, *testæ ovorum, lap. perc. Iudaicus, Lyncis*, item *nuclei dactilorum arilli cynosbati.* Alia *acida* ut *succus citri, cydoniorum, portulacæ*, ♌⊖ & ℞ *ph.* alia ♌ *tuosa* v. g. *vina varii generis*, ♈, *aquæ vitæ.* Alia *ex acidis, & spirituosis permixta* ut ♌⊖ *dulcis*, ☉ *dulcis.* Alia ⊖*ina*, & hæc iterum vel *volatilia* ut ♌⊖ ☽, ⊖ *vol. lumbr.* ♓ *estr. & millepedum*, ⊖ *vol.* ♀, vel *media* ⊖ *com.* ☽☉, *cremor* ♀ *ejusque crystalli*, vel *fixa* ⊖♀ *fixum*, ⊖ *fix ononid. Geniſt.* Alia *acria* & hæc mitiora *petroselinum, Cherefolium, Hedra terrestris, baccæ juniperi*, vel acriora, *nasturcium, semen erucæ, sinapi, allium, Raphanus* vel acerrima *cantharides, vermes Majales, millepedes, & ex lapidibus parata.* Alia denique *antispasmodica* ut *ruta, salvia, succinum*, ♃ *lycop. Castor.*

§. 4. Ut in applicatione omnium medicamentorum a temperatis, ita quoque circa diuretica ab his incipiendum.

§. 5. *Temperata diuretica locum habent* in illis morbis ubi peccant ſcoriæ ♀eæ, ☉inæ, viſcidæ, & obſtructiones ♀eæ in viſceribus ſunt, ac ubi ſenſim cauſa morbi per meatus urinarios evacuari debet, ut in *Hypochondriacis, ſcorbuticis, Arthriticis, Iſchiaticis.*

§. 6. *Acria calida, nec non acerrima* locum inveniunt in morbis frigidis, *Hydrope, Cachexia, Lue Venerea*, & ubi dulciores humores ſunt, e contra nocent ſcorburicis, bilioſis & ubi humores acres ſunt, item ubi exulceratio & inflammatio renum, vel Hæmorrhagia nimia metuenda.

§. 7. *Acida in Hypochondriacis, Melancholicis, quartanariis*, & ubi multum acidi in primis viis hæret, item ubi ſubſtantia renum, vel viſcerum exulcerata eſt *minus conveniunt.*

§. 8. *Alcalina* tam fixa, quam volatilia *ſcorbuticis*, & qui morbis ☉inis afficiuntur *minus apta ſunt*, ſimiliter & illis damnum inferunt, qui *ventriculi debilitate* laborant, dum acidum nimis deſtruunt.

§. 9. *Corpora calida, & ſicca* non diutius ac vehementius decoctis diureticis calidis ad diureſin cogenda ſunt, cum ex eorum uſu hepatis inflammatio, febris & totius corporis atrophia ſequi poſſunt. E contrario *obeſi, frigidi, cutem mollem, & laxam habentes* humoreque aquoſo, & ſuccis tenuibus abundantes *ad diureſin* maxime *ſunt habiles.*

§. 10. *Diureticis* commode *præmittuntur laxantia, & primas vias expurgantia.* Quando enim primæ viæ ſaburra humorum vitioſorum viſcidorum ſunt obſeſſæ diuretica nocent, quoniam movent, & impellunt hos vitioſos humores in maſſam ſanguineam & habitum corporis.

§. 11. *Diuretica longe a* cibo, vel jejuno, *ac vacuo ventriculo propinari debent*, nec ſemel tantum ſed pluries uſurpanda, donec viæ obſtructæ fuerint reſeratæ, & urina liberius fluat.

§. 12. Plura de Diureticis in capite de lythontripticis.

CAP.

CAPUT V.

De

Emmenagogis.

§. 1.

EMmenagoga ſunt *medicamenta fluxum menſtruum p. n. ſubſiſtentem, & emanentem in ordinem redigentia, ſanguinemque ſuperfluum evacuantia.*

§. 2. In ſuppreſſione menſium ſemper reſpiciendum eſt ad cauſas: unde etiam differunt inter ſe Emmenagoga, illorumque modus operandi.

§. 3. Primarium locum inter Emmenagoga obtinent *aperientia* alibi deſcripta, imprimis *♂tialia, lim. ♂tis*, R. *♂ aperit. item amara, Myrrha, Aloe.*

§. 4. Si *a terrore* vel *frigore* menſium *ſuppreſſio* ortum habeat præter jam dicta aperientia conveniunt *diaphoretica* ſanguinemque congrumatum *reſolventia.*

§. 5. Si *ab acido abſorbentia* & *♂tialia* omnem abſolvunt paginam.

§. 6. Si a *ſanguine craſſo* viſcido in ſubjectis pituitoſis conveniunt *incidentia* mixta cum *diluentibus*, nec non *aromatica* atque *amara.*

§. 7. Si *plethora* ſuppreſſionis cauſa eſt *Venæ Sectio* ſacra erit anchora.

§. 8. Quoniam utplurimum *cauſa in primis viis latitat* hinc *purgantia*, atque *emetica* optimo cum ſucceſſu adhibentur. Conſtat enim obſervatione emetica interdum admirandam præſtitiſſe operam in menſibus ſuppreſſis.

§. 9. Si *vitium latitat ingenitalibus*, ita, ut tunica vaginæ uterinæ a frigore externo veletiam a ſpaſmis nimium ſit conſtricta vel ſi nimium craſſeſcat, *adhibenda etiam ſunt remedia externa v. g. balnea, fotus ex antiſpaſmodicis, nervinis, & emollientibus parata.*

§. 10. *Medicamenta menſes pellentia commode aliquot dies ante conſuetum tempus adhibentur*, ut ſanguis ad exitum diſponatur, viæ obſtructæ reſerentur, ſicq; naturæ evacuationem molienti ſuccurratur.

CAPUT VI.

De

Errhinis.

§. 1.

ERrhina sunt *medicamenta evacuantia, humorem crassum viscidum in tunica narium glandulosa cavernulas, sinusque maxillæ superioris investiente hærentem incidientia, colliquantia, & deturbantia.*

§. 2. *Errhina agunt propter* ☉ *acre volatile* ♀*eum, hinc tunicam narium* sensu exquisito pollentem *vellicant, ac stimulant, majorem affluum spirituum causantur*, & hac ratione viscositates solvunt, atque educunt.

§. 3. Errhina duplicis sunt generis *vel solida, vel liquida.* Solida præparantur explantis aromaticis cephalicis, v. g. *Origano, ruta, Majorano, Basilico.* Liquida constituunt variæ ▽. & ☍ ex antedictis destillati: quibus omnibus palmam facile præripit ☍ ☉ ☽ cujus particulæ subtilissimæ per modum vaporis nares intrantes maximam vim, & efficaciam exerunt in dissolvendo, & colliquando narium muco.

§. 4. Errhina non nisi gradu a sternutatoriis differunt dum hisce mitiora sunt. Hinc plura de his *in capite de sternutatoriis.*

CAPUT VII.

De

Expectorantibus.

§. 1.

EXpectorantia quæ etiam a nonnullis bechica nominantur *sunt medicamenta humores vitiosos viscidos, vel acres* ☉*sos, vel etiam putrefactos in brochiis pulmonum, illorumque cellulis hærentes corrigentia, & per screatum, sive tussim evacuantia.*

§. 2. Ex-

§. 2. Expectorantia alia ſunt acria quodammodo ut radix *Scillæ, Ari, Raphani, Helenii,* herba *ſalviæ, rorismarini, Hiſopi, Marubii albi, item Myrrha Gummi* ☽, *ac* ☉*ia fixa & volatilia.* Alia ſunt mitiora leviter amaricantia, & vulneraria. v. g. *Scordium, Tuſſilago, Pulmonaria, piloſella, botris.* Alia ſunt dulcia *ſacharum, mel, rad polypodii, liquiriziæ ficus paſſulæ majores, minores, jujubæ, ſebeſten, ſemen aniſi fæniculi.* Alia inſipida & incraſſantia Rad. *Chinæ, tragacantha* flores *Altheæ, Malvæ, ſperma ceti,* ♃ *Amygd. d. Benzoe, flores* ♃, *Bolus Armena.*

§. 3. Agunt prædicta medicamenta vel reſolvendo, incidendo, atque ſtimulando, vel incraſſando demulcendo, ac temperando.

§. 4. Materia viſcida requirit incidentia, & reſolventia, acris humor vero dulcia & incraſſantia, inſipida materia cruenta vel purulenta requirit mitiora amaricantia & vulneraria, quæ leviter quidem abſtergunt, ſed ſimul conſolidant.

§. 5. Expectorantibus commode miſcentur vel interpolantur *laxantia leniora.*

§. 6. Expectorantia præſcribuntur vel in forma *decocti,* vel *pulveris,* vel etiam *infuſi,* interdum etiam in forma *electuarii,* vel *trochiſcorum,* vel *morſulorum* id quod cauſarum morbificarum conditio determinat.

CAP. VIII.

De

Laxantibus.

§. 1.

LAxantia *ſunt leniora evacuantia alvum adſtrictam aperientia, lubricamque reddentia, fæcesque inteſtinorum induratas emollientia, atque ejicientia.*

§. 2. Laxantia non niſi gradu differunt a purgantibus. His ipſis

ipſis enim leniora ſunt, & *operationes ſuas non ultra inteſtina extendunt.*

§. 3. Laxantia agunt propter particulas ⊖inas ♀eas, quas fovent in ſinu ſuo: utrumque principium gaudet virtute irritandi, vellicandi, motusque excitandi in fibrillis inteſtinorum tenuiſſimis.

§. 4. Laxantia ſelectiora ſunt *Caſſia*, *Manna*, *Tamarindi*, *Syrupus roſarum ſolutivus*, *violarum ſolutivus*, *mel roſarum*, *Syrupus de cichorio cum Rhaberb. & ipſum Rhabarbarum*, item *cremor & cryſtalli* ☿.

§. 5. *Laxantia* commode *adhibentur* in omnibus fere morbis etiam *in principio* malignorum: *inſtante* vero eruptionis tempore, etiamſi ſint leniſſima, nunquam tamen ſunt adhibenda.

§. 6. *Medicamenta abſtergentia*, *humectantia*, *atque emollientia gaudent* quoque *virtute laxandi*, præſertim ſi combinentur cum laxantibus proprie ſic dictis.

§. 7. *Medicamenta purgantia refracta doſi data*, atque cum humectantibus, & emollientibus permixta *evadunt laxantia.*

§. 8. *Laxantia* opportune *adhibentur tempore matutino* ventriculo exiſtente vacuo, & poſt illorum uſum cavendum, ne ventriculus ſtatim oneretur alimentis copioſis viſcidis primas vias iterum inquinantibus.

§. 9. *Modus* hæc remedia *aſſumendi diverſus eſt*, vel enim per *os ingeruntur*, idque ſub varia forma, vel *per alvum injiciuntur* ſub forma clyſmatis.

§. 10. In *obſtructione alvi* laxantia *ſub forma clyſmatis* cum emollientibus, lubricantibus, abſtergentibus vel antiſpaſmodicis *exhibita ſunt præſtantiſſima remedia.*

CAPUT IX.

De

Lythontripticis.

§. 1 Ly-

§. 1.

LYthontriptica ſunt *medicamenta calculum in renibus, vel veſica urinaria concretum frangentia, & comminuentia, atque e corpore expellentia.*

§. 2. Quæ calculum movent, & expellunt conveniunt cum ſuperius deſcriptis diureticis: quæ vero virtute comminuendi gaudent dicuntur eſſe ſequentia *lapis Judaicus, lapis ſpongiæ, lyncis, nephriticus, lapides* ♋, & horum lapidum *ſolutiones*, quæ magiſteria vulgo appellantur. Idem *lapides in veſica apri* vel *bovis reperti, lapides percarum, mandib. luc. piſc. lumbr.* ♁ *ſtres, millepedes,* ☊ ♎, ☾. ☉. radix *ſaxifragiæ, milium* ☉*is, virga* ☉*ea, ſemen petroſelini.*

§. 3. Circa lythontripticorum tam comminuentium, quam expellentium uſum circumſpecte ſeſe debet gerere medicus, ne illa *exhibeat dolore ſaviente.* Augent enim dolores urgendo calculum. Deinde caveat medicus propinare lythontriptica *quando ſuſpicio adeſt de calculi mole inſigni.* Hic enim medicamenta quidem movebunt; ſed non promovebunt calculum.

§. 4. Lithontripticis commode præmittuntur vel aſſociantur antiſpasmodica, ac lubricantia, ut viæ coaptentur, quo eo melius calculus prægrandis pertranſire queat.

§. 5. Præſtat ſemper in cura calculi *alvum ſervare apertam* clyſteribus emollientibus, carminativis & oleoſis.

§. 6. In calculi cura temperatiora *abſterſiva*, item *humectantia* atque *emollientia* diureticis, & lythontripticis calidis ſemper ſunt præferenda, qualia ſunt *Althea, Malva,* ♃ *amygd. dulc. & amararum, radix ſaxifragiæ, ſemen napi ſemina* IV. *frigida majora &c.*

§. 7. *Ad præſervationem* a calculo commendantur ♃oſa, ♃ *Amygdamar, fructus amygd dulcium, & amararum, omnisque generis ſemina magnam* ♃ *copiam continentia*, item *butyrum non* ♎*itum.*

CAPUT X.

De

Salivantibus.

§. 1.

SAlivantia ſunt *medicamenta evacuantia lymphæ profluvium ad glandulas ſalivales promoventia, obſtructiones reſerantia, lympham attenuantia, atque per os educentia.*

§. 2. Salivantia agunt *propter principium tenuiſſimum, penetrantiſſimum mobile, atque activum, gravitate ſpecifica inſtructum.* Ratione *tenuitatis* angu.ſtiſſimos corporis poros penetrant. Ratione *penetrantis activæ ſubſtantiæ*, quia ☉ium connubio cauſticam naturam induunt, vaſa excretoria, & imprimis glandulas vehementer vellicant, atque influxum ☿tuum copioſiorem ad has partes excitant: unde contractione adaucta premuntur liquida in iis contenta & excernuntur. Ratione *gravitatis* motum humorum internum concitant. *HOFFM. de Evacuantibus p.* 18. *ſeqq.*

§. 3. Salivantia per glandulas ſalivales *excernunt humores ſuperfluos*, quia hæ glandulæ ſunt emunctorium congruum liquoris ſeroſi aquatici. Hinc ubi tales humores non peccant in corpore, ibi etiam ſalivantia in corpore rarius operantur. Deinde non tantum per glandulas ſalivales excernunt lympham; ſed interdum etiam *per ſudorem* ſerum copioſum, *per renes* urinam maxima in copia educunt.

§. 4. Salivantia ſunt vel *benigna*, vel *vehementiora*. Benigna ſunt ☿ialia, *reg.* ☿ *med. panac. Connerding. antiquart. River.* ex ☿ *d. &* ☿*vit* paratum ☿*ina* per os aſſumta, & *omnia Emetica* refracta doſi data. Vehementiora ſunt ☿ialia rite præparata ☿ *dulcis, diaph. Jov.* ☿ *albus bene edulcoratus* & cum foliis ☉ exactiſſime mixtus & triturata.

§. 5. Morbi in quibus ſalivatio cum fructu adhibetur ſunt *lues Venerea, capitis dolor enormis, & diuturnus, Vertigo, Mania, Epilepſia,*

lepſia, Scorbutus frigidus, ulcera, Arthritis, febres intermittentes contumaces, durus tumor partium glanduloſarum, ſcrophulæ &c.

§. 6. Salivationem ☿ialem contraindicant *virium languor, atque* debilitas, *viſcerum*, atque partium internarum *corruptela*, atque inflammatio, *gingivarum exulceratio, ſcorbutus bilioſus, diſpoſitio ad ſpasmos* convulſiones, ſingultus vomitus *lypothimiam, Diarrhæa*, item *abſceſſus occulti.*

§. 7. Ante uſum ſalivationum ☿ialium excretoria ſervanda ſunt aperta, alvus ſolvenda, ſudor balneis, vel decoctis humectantibus provocandus, depurantia, & edulcorantia ſanguinem, atque humores, nec non ſanguinem fluxilem reddentia præmittenda. Idem ſi plethora adſit ſolvenda, quo optatius ſuccedat ſalivatio.

§. 8. *Salivantium uſus ad aliquot ſeptimanas continuari debet* interpolato uſu decoctorum ſanguinem depurantium, ac edulcorantium.

§. 9. Durante Salivatione ☿iali vitanda ſunt omnia *acida frigida alimenta*, vel *potulenta, aer frigidus, ventus* ſeptentrionalis, omniaque conſtipantia.

§. 10. *Victus tenuis, & alimenta liquida ſunt aſſumenda tempore ſalivationis.* v. g. Juſcula macra, aut de lacte non ⊖ita, panis biſcoctus vel ex tritico confectus non fermentatus, loco potus decocta lignorum ſecundaria, vel cereviſia ſecundaria adhibenda, & aeris conſtitutio ſit calida.

§. 11. *Modus adhibendi ☿ialia eſt vel externus, vel internus.* Externe applicantur ſub forma unguenti, *Emplaſtri ſuffimigii*, vel *cinguli.* Interne ☿ *dulcis*, item ☿ *albus*, aut *turpetum minerale* ſub forma *pilulari* beneficio ♃ *NM. expreſſi, Theriacæ, extracti liquiriziæ*, aut *fumariæ*, aſſumuntur, & illorum uſus continuatur usque dum ſaliva fluat.

§. 12. Tempore Verno vel autumnali ſalivatio ☿ialis ſemper optatius procedit quam æſtivo, vel hyberno.

§. 13. *Diarrhæa, ſpasmi abdominis* a ☿iali inunctione, vel ab aſſumto ☿io excitati optime ſiſtuntur *Diaſcordio Fracaſtorii, lacte in copia hauſto vel* ♃ *Amygd. d.*

§. 14. Si a ſalivantibus ♀ialibus nimium læduntur *fauces*, exulcerantur, & putredine quaſi ſphaceloſa afficiuntur in tempore ſuccurrendum eſt *gargariſmatibus balſamicis, roborantibus*, putredini reſiſtentibus, quæ parari poſſunt ex *vino, Myrrha, floribus roſarum rubrarum, balauſtiorum, maſtiche, floribus ſambruci*, ☽*e*, item ℣ *camphorato*, ne putredo ulterius ſerpat, & gingivalem carnem plane abſumat, dentesque extirpet.

§. 15. Si *ſalivatio nimis vehemens eſt*, vel *diutius* quam par eſt, *durat ſiſtenda eſt*: ſiſtitur autem (1) *purgante* (2) *ſudorifero* maxime theriacali quale eſt *Diaſcordium Fracaſtorii*, (3) *opiatis*, (4) *gargariſmatibus* adſtringentibus & roborantibus.

§. 16. Opiatis, & ſtipticis intrinſecis ſalvatio non facile ſiſtenda eſt, niſi vires prorſus dejiciantur. Magis locum inveniunt extrinſecus roborantia.

§. 17. Quando in dies ſalvatio ſponte imminuitur non facile ſiſtenda eſt.

CAP. XI.

De

Sternutatoriis.

§. 1.

STernutatoria ſunt *medicamenta evacuantia, quæ propter particulas acres ☉inas, & ♀eas irritando ſternutationem ſuſcitant, & ſub motu iſto violento mucum in tunica narium glanduloſa hærentem reſolvunt, atque educunt. Vid. HOFFM. de uſu & abuſu ſternutatoriorum.*

§. 2. Sternutatoria ſunt vel *mitiora*, quæ dicuntur Errhina, vel *fortiora*, quæ κατ' ἐξοχήν, Sternutatoria appellantur.

§. 3. Sternutatoria rite uſurpata *in Coryza* deprehenduntur *proficua*, ſed præſtat in declinatione illa adhibere quam ab initio, ubi omnia adhuc cruda.

§. 4. Conveniunt porro *in olfactu deperdito* a nimis relaxatis

tis membranis copioso humido imbutis, item *in vitiis aurium* a nimia serositate.

§. 5. Evacuatoriis universalibus apertis, alvo laxata, ventriculo jejuno sternutatoria quandoque egregie juvant *in capitis doloribus, ejusque gravitate* nonunquam etiam *in Epilepsia, oculorum defluxionibus* maxime si personæ copiosiori per nares evacuationi assuetæ fuerunt.

§. 6. Sternutatoria singultum sedant.

§. 7. Sternutatoria præsertim benigniora *in assuetis nullas amplius sternutationes excitant*, usuque diuturniore, & immoderatiore disponunt ad *Coryzam*, & penitus quandoque *odoratum saporemque abolere solent.*

§. 8. In *doloribus capitis Venereis, fracturis, luxationibus costarum* nihil magis adversum est, quam sternutatio.

§. 9. Sternutatoria nocent *plethoricis, gravidis, Hæmoptoicis, hernioſis, phtisicis,* & in *alvi pertinacioribus obstructionibus*, in *Cachecticis* nimius illorum usus inducere potest cœcitatem, Vertiginem &c.

§. 10. Noxius quoque est sternutatorium usus statim a cibo.

§. 11. Si *sternutatio crebra, & frequens* auxilii loco esse poterit *fortior compressio superioris nasi partis circa canthos oculi.*

CAPUT XII.

De

Vesicatoriis.

§. 1.

VEsicatoria sunt *medicamenta externa cutem rubefacientia, affluxum seri promoventia, atque vesicas excitantia propter ⊖ acre causticum, quo instructa sunt.*

§. 2. Vesicatoria sunt vel *mitiora*, vel *fortiora.* Fortiora sunt *Cantharides*, mitiora *flammula Jovis, aranearum telæ, aranea, fuligo, vermes Majales.*

§. 4. In eo conveniunt omnia abſorbentia quod acidum abſorbeant, atque præcipitent: differunt tamen inter ſe *ratione peculiaris energiæ, atque virtutis*, quam unum præ altero poſſidet: Sic per experientiam conſtat *limaturam ♂tis præter virtutem abſorbentem leniter conſtringere* tonumque ventriculi, & inteſtinorum labefactatum reſtituere. *Corallia ejusdem* fere *ſunt generis lap. ♋, mater perl. conch. pp.* abſorbent, ſimulque *diaphoreſin*, aut *diureſin excitant*. *Creta* tamen *valde refrigerat* atque incraſſat. *Bolus Armeniæ, & ♁æ ſigillatæ* itentidem adſtringunt, & incraſſant. *Lapis liſſorius*, vel fiſſilis der Schieffer, *& alabaſtrum* in morbis ardentibus magno cum fructu adhibentur.

§. 5. Commodiſſime abſorbentibus præmittuntur, vel etiam interdum aſſociantur aperientia, & ſubjunguntur leniora evacuantia, quo acidum correctum etiam evacuetur, nec obſtructiones crecent, aut ſi adfuerint nimium augeant.

§. 6. *Vehiculum* abſorbentibus commodiſſimum præbent *diluentia aquea*, ut absque nauſea aſſumi queant ut aqua ſimplex cocta, aut in qua CC. coctum eſt.

§. 7. In quibuscunque morbis acidum delinquit, & in primis viis conſiſtit ibi abſorbentia egregiam præſtant operam. Hinc in *affectu Hypochondriaco, febribus* intermittentibus præſertim quartana, & *morbis infantilibus*, torminibus ventris ex cauſa acida, & *Melancholia hypochondriaca* ſunt præſtantiſſima.

§. 8. Inter abſorbentia ♁ia vegetabilium fixa eminent: quæ quo magis ſunt uſta exſiccata, & calcinata, eo penetrantiorem exſerunt efficaciam in acido deſtruendo, viſcidoque attenuando. Alcalina ſunt præſtantiſſima abſorbentia, nam ſunt e diametro acidis contraria quod elucelcit in conjunctione illorum: quapropter valet regula contraria contrariis tollenda ſunt: ♁ia alcalina omnia parum inter ſe differunt.

§. 9. Alcalia fixa in nimia quantitate non ſunt exhibenda, deſtruunt alias penitus fermentum ventriculi acidum nimis obtun-

den-

dendo unde appetitus emoritur, digeſtio vitiatur, maxime ſi aſſumantur ventriculo vacuo. Hac igitur de cauſa doſi refracta danda ſunt.

§. 10. Abſorbentia ſunt præſtantiſſima *antifebrilia* ſc. in intermittentibus caute tamen, & non niſi reſeratis prius obſtructionibus, ac primis viis probe expurgatis uſurpanda. Hæc cautela ſpecialis circa abſorbentia probe eſt notanda.

§. 11. Abſorbentia ♈ea *in intermittentium cura* optime permiſcentur cum ♎bus alcalinis, & ☿ dulci, & ſic evadunt potentiſſima antifebrilia. Extra virtutem abſtergendi, ☿ dulcis etiam pollet alvum ſubducendi, & obſtructiones reſerandi.

§. 12. In *morbis acutis*, *& febribus malignis* ubi blanda diaphoreſi opus eſt, & nimia adeſt humorum commotio *abſorbentia ex animalium regno deſumta*, ac cum ♄*inis permixta* egregiam locant operam. *In morbis acutis, & febribus malignis* non nimis vehementia infringentia ſunt exhibenda, ſed quæ lento gradu, & paulatim operantur veluti *dens hyppopotami cum* ♄*inis, & camphora mixtus.*

§. 13. In nimiis ſanguinis ebullitionibus, Hæmorrhagiis, acribus lymphæ ſtaſibus pulveres abſorbentes vel ſoli, vel cum ☉ mixti præſentanea ſunt remedia, dum nimirum ſanguinis impetum cohibent, & ſtagnantes craſſos humores diſſolvunt, & in ordinem redigunt non modo, ſed etiam per ſudorem educunt.

§. 14. *In Diarrhœis* tam infantum, quam adultorum *abſorbentia terrea ſunt commodiſſima*, dum præter vim demulcendi, ac deliniendi humorum acredinem, tonum etiam inteſtinorum nimis ſolutum roborant ac firmant.

§. 15. In viſcerum obſtructione, lienis, vel hepatis infarctu, *Ictero*, *Cachexia*, *diſpoſitione ad Hydropem rarior ſit uſus abſorbentium*, vel plane nullus: utpote augmentum obſtructionibus addunt, ſicque morbum pejorem reddunt.

§. 4. In eo conveniunt omnia abſorbentia quod acidum abſorbeant, atque præcipitent: differunt tamen inter ſe *ratione peculiaris energiæ, atque virtutis*, quam unum præ altero poſſidet: Sic per experientiam conſtat *limaturam ♂tis præter virtutem abſorbentem leniter conſtringere* tonumque ventriculi, & inteſtinorum labefactatum reſtituere. *Corallia ejusdem* fere *ſunt generis lap.* ♋, *mater perl. conch. pp.* abſorbent, ſimulque *diaphoreſin*, aut *diureſin excitant. Creta* tamen *valde refrigerat* atque incraſſat. *Bolus Armeniæ, & ♁æ ſigillatæ* itentidem adſtringunt, & incraſſant. *Lapis liſſorius*, vel fiſſilis der Schieffer, *& alabaſtrum* in morbis ardentibus magno cum fructu adhibentur.

§. 5. Commodiſſime abſorbentibus præmittuntur, vel etiam interdum aſſociantur aperientia, & ſubjunguntur leniora evacuantia, quo acidum correctum etiam evacuetur, nec obſtructiones crecent, aut ſi adfuerint nimium augeant.

§. 6. *Vehiculum* abſorbentibus commodiſſimum præbent *diluentia aquea*, ut absque nauſea aſſumi queant ut aqua ſimplex cocta, aut in qua CC. coctum eſt.

§. 7. In quibuscunque morbis acidum delinquit, & in primis viis conſiſtit ibi abſorbentia egregiam præſtant operam. Hinc in *affectu Hypochondriaco, febribus* intermittentibus præſertim quartana, & *morbis infantilibus*, torminibus ventris ex cauſa acida, & *Melancholia hypochondriaca* ſunt præſtantiſſima.

§. 3. Balſamica propter particulas quas continent *balſamum ſive ſanguinis ♁ naturale reſtituendo* blandam ſanguinis ♌tuaſcentiam promovent. Hinc *in omnibus morbis ubi tranſpiratio læſa*, & ubi circulus humorum propter exceſſum acidi, & viſcidi impeditior eſt, quales ſunt chronici, *ſunt convenientiſſima.*

§ 4. *Deficiente excretione ſanguinis naturali*, uti in menſibus & hæmorrhoidibus *balſamica ſunt præſtantiſſima*, item ubi putredo vel corruptela viſcera imminet, defendunt enim ſanguinem ab impuris putridis effluviis.

§. 5. *In ulceribus pulmonum phtiſicis conveniunt etiam balſamica*,

ea, ſed valde temperata, ac parciori doſi aſſumta, continuata tamen unaque cum diluentibus uſurpata, alias calorem augendo ſerum ſubtrahunt corpori neceſſarium.

§. 6. *Myrrha in ſubſtantia adhibita balſamicum eſt temperatiſſimum* & longe præferenda EE. & elixiriis. Ejus uſus ſumme proficuus eſt ad *tuſſim inveteratam*, *phtiſin*, *fœtorem oris* tollendum, *contagium morboſum* auferendum, præterea ad *Variolas expellendas*, & *menſes ciendos* quotidiani ſolet eſſe uſus.

§. 7. *Balſamica cautiſſime ſunt adhibenda in plethoricis* ad nimia ſanguinis profluvia proclivibus, *in ſcorbuto* bilioſo, *affectu Hypochondriaco* cum p. n. calore conjuncto, ſive *febre lenta*.

§. 9. *Optime adhibentur balſamica primis viis a ſaburra, & colluvie humorum vitioſorum prius purgatis* alias facile ipſos introducunt ad maſſam ſanguineam & habitum corporis peſſimo eventu.

§. 9. *Balſamica optime ſumuntur cum cibis, & inter illos* ut hac ratione ciborum eſſentia imprægnetur illorum blanda virtute.

CAPUT VI.

De

Confortantibus.

HOrum deſcriptio genuina, modus operandi, & adhibendi traditus eſt in capite de Analepticis.

CAPUT VII.

De

Conſolidantibus.

§. 1.

CONſolidantia, quæ Græcis *traumatica* dicuntur ſunt *medicamenta unionem continui læſam ſive per exulcerationem, ſive vulnera*

tionem, quocunque modo factam restituentia, nec non symptomatibus exinde natis succurrentia.

§. 2. *In consolidatione ulcerum atque vulnerum semper ad symptomata respectus habendus*, & omnia consolidationis impedimenta removenda. Hinc ex variis capitibus consolidantia accersenda & nunc cum *desiccantibus & absorbentibus* nunc cum *abstergentibus*, & *mundificantibus*, nunc cum *emollientibus, antispasmodicis nervinis, refrigerantibus*, atque *anodynis* sunt combinanda.

§. 3. *Impedimentis omnibus remotis*, vel non præsentibus sufficiunt sola glutinantia, atque balsamica sive traumatica stricte, & proprie sic dicta, qualia sunt *gluten tauri, sarcocolla, thus, resinæ vulnerariæ, balsamum peruvianum, de copaiva, & omnia balsama* vulneraria *Mindereri, Crollii, Hildani, Locatelli*, & aliorum, usu interno essentiæ tranmaticæ Wedelii. &c.

§. 4. *Quacunque leniter adstringunt consolidantia evadunt* quatenus fibras relaxatas roborant, vel etiam adstringunt, nimiumque humorum affluxum consolidationem impedientem, cohibent.

§. 5. Symptomata quæ vulneribus, vel ulceribus familiaria esse solent sunt *Hæmorrhagiæ* quæ requirunt *Ischæma*, sive sanguinem siltentia, *tumor & inflammatio*, quæ requirunt *discutientia*, ac *refrigerantia. Affluxus seri copiosioris* hic requirit *desiccantia, absorbentia, & leniter constringentia. Impuritas* cui opponuntur *detergentia, dolores* qui sistuntur *anodynis, spasmi* qui removentur *antispasmodicis.*

§. 6. *Prudentia chirurgi consistit non modo in hoc ut symptomata supervenientia* removeat, *sed* potissimum *ut vulneratum ab ipsis præservet.* Hinc ex ante dictis varia componit Emplastra, balsama, atque unguenta vulneraria.

§. 7. *Consolidantia, & vulneraria non solum externe applicantur sed etiam pro usu interno* in læsione, atque corruptione partium internatum sub varia adhibentur forma, ita ut ex illis parentur vel *infusa*, vel *decocta*, vel *essentiæ*, vel *pulveres.*

CAP.

CAPUT VIII.

De

Cosmeticis.

§. 1.

COsmetica sunt *medicamenta externa sordes in cuticula hærentes detergentia, illam emollientia, nitorem, atque pulchritudinem conciliantia, ac obsoletum, opacum, vel nigricantem colorem emendantia.*

§. 2. Cosmetica distinguuntur in *proprie talia* & *palliativa:* illa revera *splendorem amissum restituunt*, *hæc* vero *novum acquisitum* album vel rubicundum colorem aliquandiu saltim durantem oculosque spectantium salientem *inducunt*, & dicuntur *fuci.*

§. 3. Cosmetica primi generis virtutem suam exserunt *detergendo, atque emolliendo.*

§. 4. *Detergentia huic scopo* inservientia sunt *radix serpentariæ, Draclentii majoris, Sigilli Salomonis, Scroplulariæ*, fl. *fabarum, lil. alb. fructus amygd. amararum, pinearum, farina fabarum, cicerum, lupinorum, albumen ovorum, lac,* ♁ ☿ ♁ ☿ *per deliquium, mica panis albi, Myrrha, Benzoe.*

§. 5. Emollientia sunt ♁ *Been* aliaque ♁ a expressa it. *axung. ac seva.*

§. 6. Ex his parantur varia remedia, ac adhibentur vel informa *pulveris*, vel ▽, vel *linimenti*, vel *emulsionis* vel *saponis.*

§. 7. *Simplicissimum omnium cosmeticorum est lac* quod virtute detergendi, ac emolliendi gaudet.

§. *Detergendi virtute secommendant biliosæ animalium particulæ:* Fel animalium in spissari solet in extractum, quod ☿ ☿ sato solutum, & ▽ tatum cum ▽ spermatis ranarum evadit cosmeticum.

§ 9. Quæ *palliativa sunt cosmetica cum homine Christiano* sint

indigna hinc libentes ea omittimus: qui tamen plura de his desiderat evolvat *RONDELECII tractatum de fucis item PLATERI libr. de vitiis cutis cap. II. & p. 156.*

CAP. IX.

De

Demulcentibus.

§. 1.

DEmulcentia sunt *medicamenta, quæ propter particulas gelatinosas vel mucilaginosas, ac blandas ♁osas. humorum acrimoniam involvunt, obtundunt, temperant, illorumque vim stimulantem, ac pungentem quodammodo infringunt.*

§. 2. Talismodi medicamenta sunt ex regno animali, quæ copiosam gelatinam continent partes duriores imprimis *cornua cervi, Alcis, & gelatinæ carnium.* Ex regno vegetabili herbæ ac radices mucilaginis copiam continentes. v.g. *Altheæ, lil. alb. chinæ, Scorzoneræ,* Herba *Malvæ, parietariæ & omnes plantæ* sic dictæ *emollientes,* item ♁ *expr. amygd. d. ac semina copiosum* ♁ *continentia, nec non lac.*

§. 3. Commode adhibentur in *omnibus morbis* ⊖*inis, scorbuto bilioso, scabie omnique cutis impuritate ac defætatione, ulceribus,* partium internarum corruptela *phtisi, exulceratione* substantiæ intestinalis, item in *catarrhis* ⊖*sis, tussi sicca &c.*

§. 4. *Hæc medicamenta optime assumuntur calide primis viis probe prius expurgatis,* & commodissime *miscentur cum lenioribus diaphoreticis.*

CAPUT X.

De

Diluentibus.

§. 1. Di-

§. 1.

Dluentia ſunt *medicamenta alterantia humores viſcidos craſſos propter particulas aqueas lubricas fluidificantia*, ♁*ia, omniaque acria diluentia, ac temperantia.*

§. 2. Diluentia ſunt omnia ita dicta aquea ▽ ♋ *ſimpl. non exceſſivo* ♁*ino* vel ♃*eo* principio imbutæ v. g. ▽ *Veronicæ, ſcabioſæ, Boraginis, Scorzoneræ, CC. fl. acaciæ*, vel *decocta, ac infuſa herbarum, ac ſpecierum temperantium* cum largiori copia ▽ *facta* uti *decoct. CC. hordei, infuſum Theæ, Veronicæ, Betonicæ, radicis chinæ &c.* Idem *acidula & thermæ.*

§. 3. *Diluentia ſunt remedia polychreſta* plurimis morborum indicationibus correſpondentia, *nec facile damnum inferentia.*

§. 4. Diluentia in omni *defectu humidi, & ubicunque* ♁*ia in ſanguine ſunt copioſa*, idem ubi *humorum* adeſt *denſitas* atque *craſſities* locum inveniunt exoptatiſſimum.

§. 5. Emunctoria, quo magis ſunt libera & aperta, tranſpiratio expedita eo melius operantur diluentia.

§. 6. *Quo minus per ſudorem alvum aut urinam rurſus ſecedunt potiones, ac diluentia aquea, eo parcior iſtorum ſit uſus.*

§. 7. *Diluentium nimiam uſum contraindicant obſtructiones viſcerum, hepatis*, & lienis, *colluvies humorum* viſcidorum hærens in primis viis, emunctoriorum occluſio, *urinæ paucitas, alvi adſtrictio.*

§. 8. *Diluentia optime aſſumuntur ventriculo vacuo*, tempore matutino, tranſpiratione exiſtente liberiore & quidem *calidiſſime paulatim illa ſorbendo*, minus recte poſt paſtum ventriculo cibis repleto, vel circa tempus nocturnum.

CAPUT XI.

De

Diſcutientibus.

§. 1.

DIscutientia ſunt medicamenta *externa tumoribus appropriata, hos ipſos diſſipantia, materiam ſtagnantem reſolventia, atque per habitum corporis disjicientia.*

§. 2. Diſcutientia agunt *propter* ⊖ *volat. copioſum.* Hinc omnes plantæ nervinæ, atque antiſpasmodicæ ſunt diſcutientes. v. g. *Salvia, Majorana, roſmarinus, ſtechas Arabica, ruta, betonica, Verbena, Melilotus chamomela vulgaris, & Romana, Verbaſcum, flores ſambuci, item gummata Bedellium, Camphora* ♍ *Camphoratus, vinum calidum,* ♃ ⊖ ☽.

§. 3. *Pro diverſitate tumorum ſelectus etiam inſtituendus erit inter diſcutientia,* & vel cum *anodynis*, vel *antiſpasmodicis vel emollientibus*, vel *refrigerantibus* ſunt combinanda.

§. 4. Horum remediorum modus adhibendi contingit ſub varia forma vel enim conciſa & craſſo modo pulveriſata *includuntur ſacculo*, vel *in linimenta, & unguenta* rediguntur, vel ſub *Epithematis* forma applicantur, vel *Emplaſtra* ex ipſis parantur.

§. 5. Emplaſtra diſcutientia quæ in officinis proſtant ſunt *Empl. de melioto, de ranis C. ♀io Vigonis, diaphor. Mynſichti, de baccis auri, Magneticum Angeli Salæ.*

CAPUT XII.

De

Emollientibus.

§. 1.

EMollientia ſunt *medicamenta, quæ id, quod concretum, vel coagulatum eſt diſſolvunt, & ad priſtinum ſtatum reducunt.*

§. 2. Emollientia ſub vario prodeunt ſchemate, & prout differunt partes coagulatæ, ac induratæ quæ reſolutione indigent, differunt etiam emollientia, communiter tamen in *interna diſtinguuntur & in externa.*

§. 3. Emol-

§. 3. Emollentia interna agunt *propter particulas lubricas, flexiles, mucilaginosas* uti sunt radices *Althea, malvæ, lil. alb.* herba *Malvæ, Atriplicis, Mercurialis*, quæ *commode adhibentur in alvi obstructione* a fæcibus induratis mixta *cum laxantibus*, & præscribuntur vel in forma decocti vel clysmatis.

§. 4. Hæc medicamenta præter virtutem emollientem gaudent quoque *virtute incrassandi, humorum acrimoniam temperandi, atque obtundendi.* Hinc commode etiam adhibentur in *morbis ⊖inis, spasmodicis*, atque *catharrhis ⊖sis.*

§. 5. Emollientia *externa tumoribus medentur, humoresque stagnantes resolviunt*, vel ad *suppurationem disponunt*, hinc alia dicuntur, *resolventia*, alia *suppurantia* seu *maturantia.*

§. 6. Resolventia conveniunt cum supra descriptis discutientibus: *maturantia* vero quæ *adhibentur quando humores stagnantes insensibiliter digeri, ac discuti nequeunt* sunt *caricæ pingues, Mel, gummi ammoniacum, Galbanum, Terebinthina*, & ex his parata Emplastra resolventia, atque maturantia.

CAPUT III.

De

Excitantibus.

§. 1.

Excitantia sunt *medicamenta ☊ animales in motu languidos erigentia, majoremque humorum influxum in hanc, vel illam partem promoventia, & procurantia.*

§. 2. Excitantia sunt vel *interna, vel externa.* Interna sunt omnia *spirituosa ⊖ia volatilia, & oleosa*, superiusque descripta *analeptica calida, & acria.*

§. 3. Externa sunt omnia quæ penetrante odore plus, minus grato sunt instructa, *balsama varii generis apoplectica liquida vel in forma magis consistente*, item ☊ & ▽ *antapoplectica.*

§. 4. Adhibentur excitantia in *Paralysi, Apoplexia, Lypothimia, syncope, passione hysterica, affectibus soporosis,* & in omnibus morbis, in quibus observatur motus impotentia.

§. 5. Ad excitantia non incommode etiam referuntur *vesicatoria*, quæ carpis manuum, vel etiam nuchæ applicata egregium præstant auxilium in affectibus soporosis, & febribus malignis præsertim cum sopore conjunctis.

CAPUT XIV.

De

Exsiccantibus.

§. 1.

EXsiccantia sunt *medicamenta externa in ulceribus usitata, humiditatem nimiam absorbentia, & consolidationem promoventia.*

§. 2. Usitatiora exsiccantia sunt *lapis calaminaris, Bolus Armeniæ, ac ♁æ sigillatæ varii generis.*

§. 3. Adhibentur *in ulceribus antiquis continuo manantibus,* item *in scabie humida.*

CAPUT XV.

De

Incidentibus.

§. 1.

INcidentia sunt *medicamenta humores glutinosos & viscidos propter particulas, quibus scatent ☉ino ♀eas dividentia, dissolventia, & comminuentia.*

§. 2. Incidentia sunt vel *amara, vel aromatica,* vel etiam ☉*ina*: de quibus in superioribus de aperientibus.

CAPUT

CAPUT XVI.

De

Incraſſantibus.

§. 1.

INcraſſantia ſunt *medicamenta humores liquidiores craſſiores reddentia, illorumque acrimoniam infringentia, atque temperantia.*

§. 2. Incraſſantia agunt *propter particulas ♁ſtres craſſiores, viſcidiores & muccilaginoſas*, quibus dum ſeſe humoribus tenuioribus permiſcent his ipſis craſſiorem conſiſtentiam tribuunt, & acrimoniam demulcent.

§. 3. Incraſſantium nomine digna ſunt 1.) ♁ea uti *Boli*, & ♁*æ ſigillatæ* 2) Mucilaginoſa, *ut ſemina herbæ atque radices mucilaginem ſub coctione præbentia* 3.) *dulcia.*

§. 4. *Incraſſantia* præſertim *mucilaginoſa locum habent in omnibus morbis ⊖inis:* ubi ſpicula humorum ⊖ina ſunt mitiganda, temperanda, ac demulcenda. Hinc adhibentur in *Scabie, ſcorbuto bilioſo, catarrhis ⊖ſis, tuſſi ſicca, tabe, Atrophia.*

§. 5. *Nocent incraſſatia in morbis frigidis* Cachexia Cacochymia pituitoſa, *obſtructionibus, & infarctu viſcerum,* ventriculi laxitate nimia, & quando ille cum inteſtinis obſeſſus eſt pituitoſis tenacibus humoribus.

§. 6. *Dulcia, ſacharata mellita nocentiſſima eſſe ſolent hypochondriacis, hyſtericis, ſcorbuticis* partim quod viſciditate, & lentore obſtructiones augeant, partim etiam quod ⊖ia acida, acria accumulent, lentorem lymphæ inducant, & tranſpirationem impediriorem reddant.

§. 7. Dulcium immoderatior uſus in pituitoſis *facile diſponit ad Hydropem, Aſthma, & cachexiam,* in *infantibus* ſæpius producit *tumores abdominis, atrophiam, Colicam convulſivam, febres putridas, & Epilepſiam.*

§. 8. *Dulcia, & minilagiosa optime assumuntur calide*, ventriculo prius probe expurgato per emeticum, aut purgans.

CAPUT XVII.

De

Refrigerantibus.

§. 1.

REfrigerantia sunt *medicamenta æstum p. n. imminuentia, ☊ animalium effrenem & irregularem motum compescentia, sitimque extinguentia.*

§. 2. Usitatiora refrigerantia sunt *Acetosa, acetosella, succus citri, berberum, rubi Idæi, fl. violarum, rosarum, sem.* IV. *frigida majora, fructus cerasorum,* ☉, *sacharum,* ♄, ♆ ♌, ☊ *acidi minerales simplices, & dulcificati* ℞ 4. *fl. cordialium,* ▽ *Endiviæ lactucæ, Scorzoneræ, Plantaginis, rosarum, sedum* ▽ *cordialis frigida.* Vid. HOFFMANNUS *de medicamentis alterantibus.*

§. 3. Ex hisce medicamentis ut plurimum parantur *potiones refrigerantes*, quibus ægri utuntur ad sitim atque calorem extinguendum vel *epithemata* quæ externe fronti applicantur.

§. 4. *Refrigerantibus internis omnibus palmam* fere *præripit* ☉, quod adhiberi potest in omnibus morbis, ac febribus inflammatoriis v. g. *Anguia, Pleuritide, Peripneumonia, Phrenitide, Arthritide, Varicolis &c.* si misceatur cum *alexipharmacis calidis, diaphoreticis* fixis & mediis HOFFM. *ibid. p.* 95.

§. 5. ☉ *cum camphora mixtum est præstantissimum remedium in omnibus morbis malignis*, & efficacissimum remedium ad calorem p. n. extinguendum, deliria delenda, malignitatemque propulsandam.

§. 6. *Usu externo* sine refrigerandi *in inflamationibus* adhibentur a chirurgis ♄*nina remedia* nempe *lithargyrium Cerussa, Minium.*

CAP.

CAPUT XVIII.

De

Resolventibus.

§. 1.

REsolventia ita dicuntur a modo operandi siquidem *agunt in humores stagnantes, eosdemque resolvunt.* Hinc non differunt a *discutientibus* de quibus alibi.

CAPUT XIX.

De

Rubefacientibus.

§. 1.

RUbefacientia sunt *medicamenta in cuti ruborem excitantia non tamen exedentia.*

§. 2. Agunt hæc medicamenta *propter particulas acres* quibus vellicando affluxum majorem spirituum atque humorum concitant: sicque leviorem quasi inflammationem inducunt.

§. 3. Talia sunt *flammula Jovis, folia persicariæ aqueæ, urtica viridis, semen sinapi, Erucæ, gummata acria Sagapenum, Euphorbium.*

§. 4. Veteres varios habuerunt modos cutim rubefaciendi: quod fecerunt vel per *sinapismum, vel phœnigmos, vel per picationem, vel per tropacem. SENNERTVS in Instit. med. Lib. V. part III. Sect. III. cap.* 38 *pag. m.* 805.

CAPUT XX.

De

Sanguinem depurantibus.

§. 1.

MEdicamenta maſſam ſanguineam depurantia ſunt varia: & *differunt ſecundum diverſitatem, vel quantitatis, vel qualitatis in ſanguine peccantis.*

§. 2. Inter ſanguinem purificantia primum ſibi vendicant locum *medicamenta purgantia*, his ſuccedunt *diaphoretica*, & reliqua *evacuantia*: agmen denique claudunt *aperientia, balſamica, abſorbentia, & temperantia.*

LIBRI II.

SECTIO II.

De

Alterantibus certam partem roborantibus.

CAPUT I.

De

Cephalicis.

§. 1.

CEphalica ſunt *medicamenta affectus capitis tollentia, ſpiritusque animales excitantia, atque reficientia.*

§. 2. Prout differunt cauſæ, a quibus capitis affectus originem habent, differunt etiam medicamenta cephalica, ita tamen ut alia ſint *proprie talia*, alia *improprie.*

§. 3. Proprie talia dicuntur cephalica, quæ *odore ſunt grato, ſapore plus minus acria, & conveniunt* cum Analepticis alibi deſcriptis.

§. 4. Cephalica virtutem ſuam exerunt, vel *poros cerebri*, atque *nervorum obſtructos reſerando*, vel *partes nervoſas nimium relaxatas roborando, tonumque* legitimum his ipſis *reſtituendo*, vel *motum*

tum ☿-*tuum* animalium ferocem & nimis celerem quadantenus *compescendo.*

§. 5. Improprie omnia tam *evacuantia*, quam *alterantia* pro diversitate causæ & intemperiei corrigendæ *merentur dici cephalica.* Hac ratione *balsamica* præmissis evacuantibus in omni capitis affectu a causa frigidâ orginem habente merentur dici cephalica, & sic porro.

CAPUT II.

De

Cordialibus.

§. 1.

COrdialia sunt *medicamenta languori cordis subvenientia, & circulationem sanguinis liberiorem efficientia.*

§. 2. Cordialia distinguuntur *in calida & temperata.* Calida conveniunt cum analepticis acrioribus, & ☿-tuosis, quæ adhiberi possunt in morbis frigidis, in nimio mœrore, atque tristitia.

§. 3. Cordialia temperata simplicia sunt ♁ *sigillata*, *unicornu verum*, *mater perlarum*, *margaritæ*, composita *pulvis bezoardicus Sennerti*, ☾ *Anglicus* ☉ & omnia superius dicta bezoardica, seu Alexipharmaca universalia.

§. 4. Cordialia temperata adhibentur in morbis malignis & agunt in massa sanguinea miasmata contagiosa expellendo, sicque sanguinis circulum liberiorem reddendo.

§. 5. Cordialium classem ingrediuntur quoque acidula v. g. *phlegma* ♎ *succuscitri* &c. quatenus sc. ☿-tuum fervorem, & inordinatum motum compescunt, & a nimia quantitate inde orienda præcavent.

CAPUT III.

De

Nervinis.

§. 1. Ner-

§. 1.

NErvina ſunt *medicamenta partes corporis debilitatas roborantia ☊ animales excitantia illorumque motum nimium & inordinatum compeſcentia.*

§. 2. Nervina ſunt præter Analeptica ſuperius deſcripta *Caſtoreum, Moſchus, Zibetum, Succinum, Ambra, Balſamus Peruvianus Storax liquida, Ambra liquida, Axungia Taxi, pinguedo Caſtorei, cati ſylveſtris ♁ ſuccini, petroleum.* Ex compoſitis *unguenta nervina; ▽ Anhaltina, ☊ apoplecticus ⊖ia volatilia ♁ſa*, & omnia *Cinnabarina*, nec non medicamenta roborantia, & excitantia.

§. 3. Adhibentur tam interno, quam externo uſu in partium debilitate, *Paralyſi, Apoplexia, Epilepſia*, & pro diverſitate cauſarum combinantur *cum antiſpasmodicis, abſorbentibus, præcipitantibus. &c.*

CAPUT IV.

De

Stomachicis.

§. 1.

STomachica ſunt *medicamenta affectibus ventriculi ſuccurrentia, appetitum imminutum reſtaurantia, deperditumque vigorem naturalem in integrum reſtituentia.*

§. 2. In ſtomachi vitiis reſpiciendum ſemper ad cauſas morbificas. Hac ratione in genere omnia *Emetica, abſorbentia incidentia, aperientia, analeptica, aromatica acida leniter conſtringentia anodyna poſſunt eſſe Stomachica*, quatenus cauſis affectuum ventriculi ſunt contraria.

§. 3. Proprie ſtomachica dicuntur, quæ ventriculum roborant ejusque tonum labefactatum reſtituunt, qualia ſunt omnia *aromata, vinum generoſum, ſuccinum, Ambra.* Idem amara *Abſinthicum, centaurium minus* & ex his parata *elixiria EE. pulveres* & alia medicamenta ſtomachica.

LIB.

LIBRI II.

SECTIO III.

De

Alterantibus certum morbum expugnantibus.

CAPUT I.

De

Anodynis.

§ 1.

ANodyna sunt *medicamenta motum nimium tuum atque humorum sistentia, dolores sedantia, & somnum inducentia.*

§. 2. Agunt anodyna propter *particulas vaporosas ♀eas copiosissimas* per porosam corporis substantiam penetrando, nervos replendo, sanguinem nimis expandendo, spirituum animalium fluxum quodammodo sufflaminando hinc torporem atque somnum inducendo, dolores auferendo, calorem extinguendo, acrimoniam humorum demulcendo, excretiones p. n. sistendo. Modum operandi HOFFMANNUS describit *in disputatione sua de opiatorum modo mechanico operandi.*

§. 3. Pro diversitate principii ♀ci quatenus plus minusve volatile vel fixum est vaporosa, atque anodyna differunt, & magis vel minus naturæ grata sunt. Hinc in praxi diversum deprehendimus effectum *opii, Nucistæ, Camphoræ, Croci, Castorei, Moschi.*

§. 4. Anodyna distinguuntur in *fortiora, & mitiora.* Illa dicuntur Narcotica qualia sunt *Mandragora Cicuta, Solanum, Hyoscyamus* & ex his composita medicamenta. His paulo mitiora sunt *opium* rite correctum, & depuratum, variaque inde parata *Laudana*, item *Crocus, papaver album, & erraticum.* Mitissima sunt *semen Anethi,*

thi, flores Nymphææ, violarum, ſambuci, Meliloti Verbaſci, Chamomillæ, abſinthium &c.

§. 5. Dantur etiam anodyna quæ exterius ſaltim applicata non modo dolores ſiſtunt, verum etiam ſomnum inducunt, qualia ſunt ℥ *Anethi, Hyoſciami, Nuciſtæ expreſſum, crocus. Empl. oxycroceum, Emplaſtrum anodynum.*

§. 6. Quando uſus externorum ſufficit nunquam ad interna progrediendum.

§. 7. Narcotica extrinſecus applicata ſomnum inducendo interdum etiam ſæviſſimos dolores in partibus remotis exiſtentes ſedant, ac compeſcunt.

§. 8. In Epilepſia unguenta anodyna leniora, item in Colica ſpasmodica proſunt. Interne caute, & nonniſi cum volatilibus offerri debent. Axungia Caſtorei eſt egregium Anodynum.

§. 9. Partibus nervoſis, nec non frigidis non applicantur commode opiata fortiora, ſive narcotica quia ſtuporem facile inducunt. Muſculoſis partibus applicata emolliunt, digerunt, diaphoretica ſunt, hinc opium quoque ingreditur Emplaſtra diaphoretica.

§. 10. Si in adminiſtrando ullo remedio cautione, atque prudentia opus eſt præſertim quoad doſin, temperamenta, ætates, morbos, & morborum tempora certe in anodynis, & opiatis eſſe omnes teſtantur practici.

§. 11. Inter ſedativa, atque anodyna præſertim ubi graviores motus ſunt ſedandi omnium præſtantiſſimum, & efficaciſſimum eſt opium rite correctum, & præparatum.

§. 12. Opiata optime corriguntur ſi miſcentur cum ſudoriferis v. g. ℈ *volatili CC. camphora.* Cum purgantibus, uti *extracto Hellebori nigri, Aloe,* ☿*io dulci.* Cum ſalivantibus & vomitoriis v. g. ♀*e* ☉*ato* ☿*ii, Tr.* ♂, *& ex* ☿*io paratis remediis.* Cum calidis aromaticis ℥ *cinnamomi, caryophillorum.*

§. 13. Opiata cum purgantibus & emeticis mixta deſinunt in ſudorifera, & remedia efficaciſſima.

§. 14. O-

§. 14. Opium deſtillatum cum ♆, vel melius vino Hiſpanico largitur ☋ anodynum, qui interius & exterius adhiberi poteſt citra ullum incommodum.

§. 15. Opiata fixiora minus ſecura ſunt, quam volatiliora hinc opium non tam nocivum eſt ſi recens adhibeatur citra ullam coctionem, vel magnam evaporationem ſaltim ſimpliciſſimo modo depuratum, quam ſi diuturnam coctionem expertum eſt, ubi parte volatiliori ♀ea amiſſa remanet craſſior, fixior magis adhærens nervis, & membranis moleſtiſſima excitat ſymptomata.

§. 16. ☉*oſa*, ☿*ina* optime maritantur cum opiatis dum ſerum, quod opium inſpiſſare ſolet fluidum ſervant.

§. 17. Anodyna & opiata optime exhibentur tempore nocturno, vel ſomni cum humectantibus, *emulſione amygd. d.*, *decocto CC.* maxime in illis morbis ubi humidum deficit.

§. 18. Opium gravidis eſt nocentiſſimum, Hydropicis, Aſthmaticis, cachecticis venenum.

§. 19. In *reſpirationis difficultate*, *metu ſuffocationis*, *pulſus debilitate*, item in *morbis malignis* nunquam exhibenda ſunt opiata.

20. In *inflammationibus* non facile danda ſunt opiata niſi ſumma urgnnte neceſſitate, refracta tamen doſi, & cum diaphoreticis mixta.

§. 21. Opiata non facile exhibenda ſunt *ſenibus*, *debilibus*, *puerperis*, *infantibus*; ſi tamen neceſſitas id poſtulet non niſi in minutiſſima doſi danda ſunt.

§. 22. Nocent opiata obeſis, & qui *parum habent ſanguinis*, *obſtructione alvi* laborant, ad *ſomnum* proclives ſunt, & quorum *primæ viæ abundant humoribus viſcidis*.

§. 23. *Melancholicis*, *pituitoſis*, *& qui craſſum habent ſanguinem* non commode exhibentur opiata; convenientiora autem ſunt ſubjectis calidis, bilioſis, cholericis, ſcorbuticis.

§. 24. Tempore æſtatis melius adhibentur opiata, quam hyemali tempore.

§. 25. In *affectibus ſpaſmodicis hyſtericis*, *hypochondriacis*, *aſth-*

mate cautiſſime præſcribenda ſunt opiata nec unquam, niſi correcta, & refracta doſi.

§. 26. Opiata utplurimum *deliria augere ſolent, & inſomnia terriculoſa* efficiunt.

§. 27. Opium *plethoricis* eſt, nocentiſſimum. Hinc ante ejus uſum ſecanda prius vena eſt, nec ſtatim poſt V. S. opium erit adhibendum.

§. 28. In omnibus *evacuationibus criticis* tam *ſanguinis*, quam *aliis* opiata maxime integra doſi propinata ſunt pernicioſiſſima. Suſpendunt enim facile motus naturæ criticos, & excretiones conſuetas ſiſtunt.

§. 29. In *motibus naturæ criticis* cautiſſime mercandum eſt cum opiatis, & rarius, & non niſi in principio, nunquam autem circa ſtatum, & tempus criſeos exhibenda ſunt.

§. 30. Proſunt opiata ubi *pulſus eſt magnus*, quando *corpus ſcatet ☉ibus alcalicis, vires adſunt, motus ☊ tuum, & ſanguinis impetuoſiores*, & activiores ſunt. Si dolores acuti, & graviſſima inde naſcentia ſymptomata, quæ ex læſionibus nervorum, diſtorſionibus tendinoſarum partium & fauciationibus, adeoque cauſa externa proveniunt, item in exceſſivis Colicæ, & calculi doloribus, dentium dolore, dentitione difficili, otalgia, vigiliis.

§. 31. Opiatorum uſus longe tutior eſt alvo prius laxata & aperta, & ſi *obſtructiones* corporis *expeditæ* ſunt.

§. 32. Optimus opii effectus eſt *ſi ſudor* poſt ejus *uſum fluat, & capitis gravitas, vel vertigo* non ſentiatur.

§. 33. Ubi opium nocet, ibi *Crocus, Camphora, Nuciſta, & papaveracea* tam ex ſemine, quam floribus exhiberi poſſunt, quoniam hæc remedia longe tutiora ſunt.

§. 34. *Quando Variolarum, Morbillorum, Purpuræ, Eryſipelatis materia* maximos tumultus efficit, nec egredi vult, experientia teſte non tantum *acidula* & ☉*oſa*, ſed & *papaveracea, & leniora anodyna* efficaciſſimam exerunt virtutem,

CAP.

CAPUT II.

De

Antaphrodisiacis.

§. 1.

ANtaphrodisiaca sunt *medicamenta salacitatem seu nimiam in Venerem propensionem corrigentia sumque Venereum compescentia, atque extinguentia.*

§. 2. Pro diversitate causarum morbificarum, diversa quoque antaphrodisiaca sunt præscribenda: ita ut nunc seligantur semen imminuentia, nunc temperantia, & antispasmodia, nunc refrigerantia, nunc anodyna.

§. 3. Antaphrodisiaca sunt vel *externa, vel interna.* Omnia ex classibus jam jam prolatis desumenda.

§. 4. *Externe* ▽ *destillatæ*, & *succi plantarum refrigerantium applicantur partibus genitalibus*, imo & pedibus, vel instituuntur fomenta, & lotiones *exfoliis salicis, vitis, plantaginis, sempervivi.*

CAPUT III.

De

Anthelminticis.

§. 1.

ANnthelmintica sunt *medicamenta vermibus machinam humanam, & præsertim intestina inhabitantibus contraria, post ipsos fugantia, enecantia, e corpore humano educentia, nec non gravissima symptomata ab ipsis oriunda mitigantia.*

§. 2. Modus operandi varius est, & differt prout ipsa anthelmintica differunt: quæ *in quatuor classes a practicis distingui solent.*

§. 3. Prima classis continet ea quæ vermibus contraria, & ini-

inimica hos ipſos *in fugam conjiciunt*, ac domicilium antiquum deſerere cogunt. Hujus generis ſunt ingrata amaricantia v. g. *Tanacetum, Abſinthium, Centaurium minus, Ruta, Aloe, Myrrha, Coſtus, Agrimonia, Sabina, Crocus.*

§. 4. Horum modus operandi conſiſtit in hoc nimirum inſecta talismodi conſueta ſunt nutrimento dulci particulis nempe chyloſis. Hinc omnia ingratum, atque contrarium ſaporem habentia averſantur, fugiunt, ſedes ſuas deſerunt, aliaque in loca ſe recipiunt.

§. 5. *Amara* licet ſint medicamenta præſtantiſſima *cautiſſime* tamen *ſunt adhibenda.* Experientia enim teſte obſervatum fuit nimium horum uſum ſæpius ſecuta fuiſſe graviſſima, & atrociſſima ſymptomata.

§. 6. Ingrata, & amaricantia, ut præcaveantur ſymptomata commode *cum dulcibus*, vel etiam *poſt paſtum exhibentur.*

§. 7. Altera claſſis eſt illorum, quæ vermes interficiunt: hæc vero multiplicis ſunt generis: alia ſunt *terrea* & calcinata, alia ⊖ſa, alia alcalica & fixa, alia acida, porro alia acria, alia *ὀλοσα & pinguia*, alia denique *metallica, & mineralia.*

§. 8. Ex terreis ſeſe commendant *CC. & Ebur uſtum, muſcus marinus, corallia Bolus Armeniæ*, nec non *limatura Stis.*

§. 9. Duplici ratione hæc ☿ea operantur, vel enim cum acido in primis viis latitante conjuncta vertuntur in ⊖ſum vermibus infenſum, vel abſumendo & abſorbendo humidum vermibus detrahunt alimentum ſufficiens: cumque ſint tenerrima animalcula, ſucceſſive a talismodi remediis interficiuntur.

§. 10. ⊖ſa vermibus, *atque inſectis* eſſe inimica teſtatur experientia. Viſcoſitates enim ſolvendo in quibus nidulantur vermes immediate attingunt vermium ſuperficiem, & vellicando mortem ipſis inferunt.

§. 11. ⊖*ia* fixa & volatilia eodem fere modo agunt. Cavendum ne in nimia doſi, neque infantibus exhibeantur, quia facile ſymptomata graviora excitare ſolent.

§. 12. Aci-

§. 12. Acida quæ anthelminticorum forum ingrediuntur ſunt ℞ ♁, *clyſſus mineralis*, ℞ ⊖ & ☿, *ſuccus citri, & granatorum.*

§. 13. Non promiſcue adhibenda ſunt acida, ſed in illis ſaltim ſubjectis, ubi ſitis urget, ne ſymptomata graviora pariantur.

§. 14. Acria ſunt *Raphanus, allium, cepæ.* Hæc acrimonia ſua ipſis vermibus loco veneni eſſe ſolent.

§. 15. Pinguia, & oleoſa ſunt ♃ *olivarum, amygdalarum amararum, &* nucleorum perſicorum, item per infuſionem parata *Hyperici, Abrotani.* Agunt hæc remedia vermes involvendo, ac tranſpirationem in illis impediendo.

§. 16. Ex metallicis ☿ialia ſunt ſpecifica anthelmintica: ut ſunt ☿☿, *vel etiam nativa* ☿ *dulcis, Æthiops mineralis*, item ▽ *extinctionis metallorum liquefactorum* ☉, ♂*tis, Stanni.*

§. 17. Tertia anthelminticorum claſſis eſt illorum quæ mortuos, & enecatos evacuant. Hæc remedia ex purgantium claſſe ſunt accerſenda, & vel per os aſſumenda, vel ſub forma clyſmatis injicienda, præ aliis autem in hoc paſſu laudantur *aloetica.*

§. 18. Ultima claſſis anthelminticorum eſt illorum quæ *vermiculos hos ſatiant*, adeoque ſymptomata graviora imminentia præcavent, præſentia mitigant.

§. 19. Horum numerum replent dulcia nimirum *ſacharum & mel.* Ex regno vegetabili *ficus dactyli, paſſulæ majores & minores*, horumque decoctum. Ex regno animali *lac quod* vel *recenter mulctum*, vel cum *dulcibus maritatum* atrociſſima ſymptomata mitigat.

CAPUT IV.

De

Antiſpasmodicis.

§. 1.

ANtiſpasmodica ſunt *medicamenta* ℞ *tuum motum irregularem, effre-*

frenem, & inordinatum in ordinem redigentia, ſanguinisque circulum ad æquilibrium reducentia, ſicque ſpasmum tollentia.

§. 2. Antiſpasmodica non ſunt unius ejusdemque generis; ſed differunt pro diverſitate cauſarum ſpasmodicas contractiones excitantium.

§. 3. Si ſpasmi oriuntur a *Plethora*, & ſanguinis abundantia *V.S. ſacra erit anchora.*

§. 4. Spasmi utplurimum oriuntur ex vitioſa ſanguinis qualitate. Hinc omnia medicamenta qualitati peccanti oppoſita ingrediuntur catalogum antiſpasmodicorum.

§. 5. Quoniam cauſa ſpasmorum immediata eſt motus effrenis & irregularis animalium; hinc *anodyna, & opiata* non ultimum poſſident locum inter antiſpasmodica.

§. 6. Si ſpasmus ab acido *abſorbentia* merentur dici antiſpasmodica imprimis partes animalium duriores v. g. *unguæ alcis, dens Hippopotami, Ebur, CC, os petroſum balenæ mixta cum anodynis lenioribus.* Hac ratione non ſolum acidum vellicans, & ſpasmodicas contractiones excitans abſorbetur; ſed & blanda diaphoreſi humores peccantes evacuantur, tuumque motus tumultuarius componitur.

§. 7. Inter antiſpasmodica primatum obtinent *Caſtoreum, Succinum, Camphora, Crocus, Cinnabarina, partes animalium duriores*, & inde *parata remedia*, qualia ſunt *EE. antiſpasm. antepilepticæ*, ac *pulveres antiſpasmodici.*

§. 8. Antiſpasmodica *purgantibus & ſudoriferis* maritata horum vim, & efficaciam mirum adaugent, & interdum plus præſtant, præſertim in morbis ſpasmodicis, quam ipſa evacuantia.

§. 9. Omnia antiſpasmodia præſtantiſſima quoque ſunt ántepileptica. Horum enim morborum cauſæ ſimiles eandem quoque poſtulant curam.

CAPUT

CAPUT V.

De

Aphrodisiacis.

§. 1.

APhrodisiaca sunt *medicamenta impotentiæ virili succurrentia, Veneremque stimulantia.*

§. 2. Aphrodisiaca commode in tres classes dispesci possunt, ita ut alia sint *analeptica*, alia *excitantia*, alia denique *semen augentia.*

§ 3. Analeptica quatenus ♌ defectum reficiunt, illosque roborant sunt præstantissima aphrodisiaca ut *vinum generosum moderate sumtum,* ♍ *confectio Alkermes completa, Ambra,* ♎ *magnanimitatis, Succolada.*

§. 4. Excitantia sunt aphrodisiaca quatenus ♌ languidos, torpidosque ad motum excitant. Talismodi medicamenta sunt *cinamomum, Cardamomum, Cubebæ, ZZ. piper, & omnia aromata* simplicia vel præparata, vel etiam in India condita, idem *radix Heleniæ raphani &c.*

§. 5. Semen augentia quæ aphrodisiacorum numerum replent sunt *Amygd. dulces, pineæ, pistaciæ nuces, Oriza, milium, ova sorbilia & lac* inprimis *humanum.*

CAP. VI.

De

Hypnoticis.

§. 1.

HYpnótica sunt *medicamenta vigilias dissipantia somnumque provocantia.*

§. 2. *Talia* sunt *omnia superius descripta anodyna fortiora,* quæ

quo majorem copiam particularum vaporoſarum continent, eo citius ad ſomnum diſponunt.

§. 3. Modum operandi, atque cautelas in præſcribendis Hypnoticis obſervandas vid. *in capite de anodynis.*

CAPUT VII.

De

Lac augentibus.

§. 1.

LAc augentia ſunt *medicamenta lactis defectum, vel imminutam quantitatem reſtituentia.*

§. 2. Lactis imminuti quantitas augetur variis modis, vel enim *adhibentur alimenta euchyma* generationi lactis copioſiorem materiam ſuggerentia, vel *diaphoretica aperientia &* abſorbentia ſecretionis & generationis lactis impedimenta removentia.

§. 3. Diaphoretica hoc in caſu convenientia ſunt *flores ſambuci pulvis lumbr. ♈ſtrium.* Aperientia leniora ſunt *ſemen aniſi fœniculi.* Hæc agunt in ipſam lactis officinam, & vaſa mammaria turgidiora reddendo.

§. 4. Abſorbentia ſunt *cryſtallus montana, lac* ☽. Hæc per accidens lactis proventum procurant dum acidum chyli deſtructorem abſorbent, chylumque magis ℒoſum reddunt.

§. 5. Dantur etiam *externa* lactis ſecretioni ſuccurrentia *frictiones* nimirum *cum panno aſpero*, fortiores *ſuctiones*, nec non cataplaſmata, atque Emplaſtra ex emollentibus parata.

CAPUT VIII.

De

Lac imminuentibus.

§. 1. Lac

§. 1.

LAc imminuentia ſunt *remedia copioſiorem lactis proventum inhibentia.*

§. 2. Hæc ſunt vel *interna* vel *externa.* Interne adhibentur *refrigerantia*, & *alimenta tenuiora* pauciore in quantitate aſſumta.

§. 3. Externa ſunt vel refrigerantia v. g. *Alſine, folia braſſicæ*, omniaque actu frigida vel diſcutientia *camphora, ruta, Petroſelinum*, vel adſtringentia *folia quercus, flores balauſtiorum* & ſimilia.

§. 4. Refrigerantia & adſtringentia ſola nunquam facile ſunt adhibenda, quia lac in mammis coagulant, ſed ſemper combinanda cum diſcutientibus.

§. 5. Porro ad lactis imminutionem contribuunt omnia, quæ ſerum copioſum evacuant, qualia ſunt *purgantia, diaphoretica & diuretica*, vel quæ ſanguinem cum chylo mixtum alia ad loca derivare vel imminuere poſſunt, qualia ſunt *frictiones* extremarum, & diſſitarum partium ad dolorem usque inſtitutæ, item *ſcarrificationes, & V. S.* in pedibus poſt paſtum celebratæ.

CAPUT IX.

De

Partum promoventibus.

§. 1.

PArtum promoventia ſunt *medicamenta partui difficili ſuccurrentia, conatusque ſi deficiunt procurantia, & excitantia.*

§. 2. Præter *analeptica* ſive confortantia commendatur *fel & hepar anguillæ, Borax, roſmarinus, Sabina, meliſſa, Pulegium, Succinum, Cinamomum crocus, antheræ lil. alb., vinum.*

§. 3. Fine præſervandi a partu difficili commendantur balnea parata ex herbis emollientibus cujus generis ſunt: *Malva, Althea, brancaurſina, melilotus, Fialis, violaria, parietaria, Atriplex, radix lil. alb., ſemen Malvæ lini, Altheæ*, ex quibus in ▽ communi coctis ultimis geſtatio-

nis menſibus parantur inſeſſus ad vias emolliendas, ut in ipſo partu cedant facilius & extendantur.

§. 4. In ipſo partu ſemper reſpiciendum *ad difficultatis cauſas* quæ nunc *in matre*, nunc in *infante* quærendæ: de quibus practicorum libri.

CAPUT X.

De

Semen augentibus.

§. 1.

SEmen augentia ſunt omnia medicamenta chylum laudabilem in copia præbentia v.g. *lac, amygd. dulces, Oryza cum lacte cocta, ova ſorbilia, Oſtreæ, cochleæ, ac vinum generoſum.*

CAPUT XI.

De

Semen imminuentibus.

§. 1.

SEmen imminuunt victus *tenuis parcus, potus minus ſ-tuoſus, item labores, ſtudia, exercitia*, omniaque quæ vires dejiciunt.

§. 2. Quæcunque *ſ-tuum Orgaſmum ſiſtunt*, vel etiam partes *elaborationi ſeminis dicatas leniter conſtringunt* ſeminis copiam etiam imminuere ſolent, qualia ſunt *Opiata, refrigerantia, & adſtringentia.*

HISTO-

HISTORIA MATERIÆ MEDICÆ SELECTÆ.

INDEX CAPITUM.

LIBER I.

De

Crudis Simplicibus.

SECTIO I.

De

Mineralibus.

SECTIO II.

De

Animalibus.

SECTIO III.

De

Vegetabilibus.

CAPUT I. De radicibus.
II. De lignis & corticibus.
III. De Lacrymis & succis.
IV. De foliis & herbis.
V. De floribus.
VI. De fructibus & semnibus.

LIBER II.

De

Præparatis & compoſitis.

CAP. I. De Aquis deſtillatis & Aceris.
II. De oleis.
III. De ſpiritibus ardentibus, urinoſis & acidis.
IV. De Salibus volatilibus, fixis, & mediis.
V. De Tincturis, eſſentiis & elixiriis.
VI. De Extractis, conſervis, & Syrupis.
VII. De Sublimatis, præcipitatis & calcinatis.
VIII. De Electuariis, rohob & pilulis.
IX. De Balſamis Emplaſtris & unguentis.

LIBER III.

Syllabum materiæ medicæ ſelectæ exhibens.

SECTIO I.

De

Evacuantibus.

CAP. I. De abſtergentibus, catharcticis, emeticis, laxantibus, purgantibus.
II. De Alexipharmacis, bezoardicis, diaphoreticis, expellentibus, ſudoriferis.
III. De Diureticis & lythontripticis.

SECTIO II.

Alterantibus.

CAP. I. De Anodynis, hypnoticis, emollientibus.

II. De

CAP. II. De Adſtringentibus, conſolidantibus, exſiccantibus vulnerariis.
III. De Analepticis, confortantibus, refrigerantibus, & roborantibus.
IV. De Antiſpasmodicis, cephalicis, nervinis & excitantibus.
V. De Cordialibus.
VI. De pectoralibus.
VII. De Aperientibus, hepaticis, ſplenèticis, antiſcorbuticis.
VIII. De ſtomachicis & carminativis.
IX. De uterinis.

PROOEMIUM.

VIres medicamentorum, & uſum hactenus explicavimus, paucis nunc illorum materiam examinabimus, quæ cognita medico, & perſpecta eſſe debet. Quatuor autem adminiculis adjuti in hujus pervenimus notitiam: quorum primum ſuppeditat ipſa ſimplicium *Etymologia*, ex qua ſæpe latens eruitur virtus. Alterum petimus ex crebriori illorum *uſu, & inſpectione* frequentiſſima. Tertium ab *odoris & ſaporis exploratione* deſumitur: & quartum denique a *nota plantarum, & charactere eſſentiali:* cum omnes plantæ quæ eandem habent notam eſſentialem ejusdem fere ſint virtutis, & efficaciæ. His utens mediis facili negotio in ſimplicium perveniet notitiam: illorumque virtutes *ratione* cognoſcet, *experientia*, & *analogismo*; prout ex ſequentibus clarius patebit.

HISTORIÆ MATERIÆ MEDICÆ SELECTÆ
LIBER PRIMUS
De
Crudis ſimplicibus.

SE-

SECTIO I.

De

Mineralibus.

§. 1.

MEdici variis utuntur mineralibus, ſive illa *terrea* ſint, ſive *lapidoſa, metallica, ſulphurea* aut *ſalina.*

§. 2. Selecta ex terreis ſunt *Bolus Armena, terra lemnia,* & *varia ſigillata.*

§. 3. *Bolus Armena* eſt ſubſtantia terrea, ex flavo pallide rubicunda, ponderoſa pinguis, facile friabilis, ex terræ viſceribus eruta, ſapore adſtringente, & pingui prædita.

§. 4. *Bolus vulgaris* eſt ſubſtantia terrea rubicunda ponderoſa & friabilis, ex terræ fodinis protracta, ſaporis aeris, & adſtringentis.

§. 5. Cum *bolo* vulgari *alba* convenit, & colore tantum ab illa differt, qui in hac albus eſſe deprehenditur.

§. 6. Optima eſt Armena, cujus terra pinguis cum pauco ſale volatili ad ſtialia accedit: unde etiam *abſorbet, ſudorem movet,* ſimulque *adſtringit,* & optimum conſtituit remedium.

§. 7. *Terra lemnia* eſt ſubſtantia argillacea, pinguis, ex flavo rubeſcens; ex terræ viſceribus in inſula Lemno eruta, & in placentulas coacta, ſaporis pinguis & adſtringentis.

§. 8. *Terra ſigillata* eſt ſubſtantia argillacea, ſebacea & pinguis ex terræ viſceribus eruta: a quibus etiam nomen ſortitur. Variæ in officinis reperiuntur terrarum ſigillatarum ſpecies, & cum bolis conveniunt, iis tamen ſunt *pinguiores, & præſtantiores.*

§. 9. Mineralibus terreis lapidea ſuccedunt: cujus generis ſunt *lapis Lazuli & Armenus, lapis calaminaris, cryſtallus, oſteocolla, pumex, corallia, unicornu foſſile, lapis hæmatites,* & *magnes.*

§. 10. *Lapis Armenus* eſt ſubſtantia lapidea ad metallicam accedens duritiem, pallide cærulea cum quadam viriditate, ex parvis gru-

grumis, interjectis quibusdam micis argenteis compacta, & ex fodinis atgenteis erùta.

§. 11. *Lapis lazuli* eſt ſubſtantia lapidea ad metallicam accedens duritiem, ſaturate cœrulea cum ſplendentibus quibusdam micis aureis, lapide Armeno durior, & ex aurifodinis protracta.

§. 12. Uterque hic lapis *virtutem poſſidet purgantem & emeticam*: in ſpecie autem in *morbis ſoporoſis, mania, apoplexia, & febre quartana intermittente* commendatur. Toſtus & ignitus evadit *adſtrictorius*. Doſis eſt a ʒſs ad ʒj. ſed raro Interdum enim in minima doſi purgat, & quandoque etiam in maxima non operatur.

§. 13. *Lapis calaminaris* eſt ſubſtantia medium inter terram & lapidem tenens locum, laxa & friabilis, rufa aut flaveſcens ex fodinis metallicis cupreis effoſſa, nullo ſapore evidente prædita. *Exſiccat* hic lapis, & in *vulneribus & ulceribus*, potiſſimum autem in *intertrigine* adhibetur.

§. 14. *Cryſtallus* eſt ſubſtantia ſolida, denſa, albicans & glacei inſtar pellucida eruta ex terræ fodinis, vel ſummis montium jugis, ſaporis & odoris nullius. *Abſorbet* acidum, & laudatur in *Epilepſia, & cardialgia* a bile æruginoſa orta ad ʒj data.

§. 15. *Oſteocolla* eſt ſubſtantia media inter terram & lapidem alba & friabilis, multis tuberculis exaſperata, cruſtacea, oblonga a baſi craſſiori in obtuſum deſinens mucronem, excreſcens ex arena & locis lapidoſis, ſaporis nullius evidentis terrei.

§. 16. Præter virtutes quas cum terreis habet communes obtinet ſingularem *callum generandi*. Commendatur etiam in *fluore albo & febribus intermittentibus*.

§. 17. *Pumex* eſt ſubſtantia lapidea levis, poroſa cinerea, nata ex ſcoriis montium ignivomorum in mare projectis a ſalibus eroſis & poroſis redditis, & in littus propulſis, ſaporis & odoris nullius evidentis. Pumex ob particulas ſcabras *ſordes dentium abſumentes pulveres dentifricios ingreditur*. Adhibetur etiam a quibusdam ad alvi fluxus ſiſtendos.

§. 18. Corallia ſunt duplicia rubra nimirum & alba.

§. 19. *Corallium rubrum* est substantia lapidosa rubicunda, per longitudinem exiguis striis donata, ramosi fruticis instar in scopulis, lignis, conchis, aliisque sub marinis excreta.

§. 20. *Corallium album* est substantia levis porosa, ac cortice suo quo tegitur molleculo ferrugineo liberata a rubro colore tantum differens.

§. 21. Utrumque Corallium in terra acidum absorbente paucum alcali includit: laudaturque in *vomitu sistendo, fame canina, fluxu alvi, & mensium, in palpitatione cordis, & febribus.*

§. 22. *Unicornu fossile* medium locum inter terram & lapides obtinet, & est substantia exustis ossibus similis, cortice exteriore duro flavescente, subcinericeo, aut nigricante obducta, intus medulla molli, alba, & friabili linguæ firmiter adhærente prædita saporis adstringentis & exsiccantis.

§. 23. Convenit unicornu fossile cum *coralliis*; laudatur autem inspecie in *Variolis & morbillis cum alvi fluxu.*

§. 24. *Lapis hæmatites* est substantia mediæ consistentiæ inter lapidem & terram ponderosa, rubicunda ex lamellis sibi invicem incumbentibus composita, ex terræ fodinis ♂te gravidis eruta, sapore adstringente prædita.

§. 25. *Convenit* lapis hæmatites cum ♂te, magis tamen porosus est, subtilior, & subactionis facilioris: in specie autem laudatur *in hæmorrhagis* tam interne, quam externe adhibitus.

§. 26. *Magnes* est substantia lapidea ad metallicam accedens, ferruginea polos mundi ostendens. Ad *virtutem* ♂tis *magnes accedit*, & in omnibus *morbis chronicis* ab obstructione oriundis adhibetur.

§. 27. Ad mineralia metallica *Tutia* refertur, *Pompholix, lithargirium, cerussa, minium, Mercurius, Antimonium*, & *metalla* proprie sic dicta.

§. 28. *Tutia* est substantia metallica ponderosa crustacea intus lævis ex flavo cinerea, extus aspera ex cæruleo pallido cinerea, e fuligine æris in fornacib. metallicis cum cadmia liquati fornacibus aut pi-

stil-

ſtillis adhærente congeſta. Tutia externe adhibetur in *oculorum & hæmorrhoidum inflammatione, in vulneribus* curandis, *& ulceribus* exſiccandis.

§. 29. *Pompholyx* eſt pulvis tenuiſſimus farinaceus favillæ inſtar albicans, ex cadmia & ære in fornace coctis ſublimatus, ſaporis nullius evidentis. *Pompholix cum tutia* in omnibus *convenit.*

§. 30. Lithargyrium duplex eſt *aureæ* nimirum, & *argenteæ* ſubſtantiæ.

§. 31. *Lithargyrium auri* eſt ſubſtantia metallica in glebas, aut pulverem redacta, ex fulvo ſplendeſcens interjectis quibusdam micis aureis, in fornacibus ex ♄ cocta dum ☉ cum illo purificatur.

§. 32. *Lithargyrium argenti* eſt ſubſtantia metallica ponderoſa cinerea cum micis argenteis ex ♄ cocta, dum ☽ cum illo purificatur.

§. 33. Utrumque externe uſurpatur ad *exſiccanda ulcera*, nec non in *intertrigine*, & *inflammationibus.*

§. 34. *Ceruſſa* eſt ſubſtantia alba condenſata, friabilis, ponderoſa ex plumbi lamellis ſupra acetum ſuſpenſis eroſis, & in glebas redactis orta. *Convenit ceruſſa cum lithargyrio*, & *externe* tantum *adhibetur.*

§. 35. *Minium* eſt pulvis rubicundus ponderoſus ex ♄ igne reverberatorio, & continua agitatione in calcem rubicundam redacto proveniens. Minium ceruſſæ reſpondet, & *ad ulcera Gallica, ambuſta lentigines* & *lichenes* uſurpatur.

§. 36. *Mercurius* vivus eſt ſubſtantia metallica mobilis, fluida, ponderoſa ex innumeris globulis conflata, coloris ex cæſio albicantis deſtillata ex ♅ minera per deſcenſum. Invenitur etiam nativus in mineris, ſed ratus ille admodum eſt.

§. 37. Mercurius crudus interne & externe adhibetur ad *ſalivationem excitandam*, & *vermes enecandos.* Exhibetur etiam *infacibus alvi* induratis.

§. 38. *Antimonium* eſt ſubſtantia metallica ſolida ponderoſa, coloris obſcuri & ſtriis ſplendentibus, aut rubicundis intermixtis ex

minera liquata, & in figuram pyramidalem effuſa, ſaporis & odoris nullius evidentis.

§. 39. Antimonium ex ♀e duplici conſtat, & terra minerali. Datur in *epilepſia* crudum, & in *ſanguinis impuritatibus*.

§. 40. Ex metallis proprie ſic dictis *plumbum* adhibetur, *aurum foliatum*, nec non *ferrum* & *chalybs*.

§. 41. *Plumbum* eſt ſubſtantia metallica ſolida, ponderoſa & flexilis exminera eliquata, & per canales in alia vaſa effuſa. Non ipſum plumbum adhibetur; ſed tantum ejus præparata, de quibus alibi agendi locus erit.

§. 42. *Aurum foliatum* eſt aurum intra membranam malleo cuſum, & in lamellas redactum. Commendatur ad *ſalivationem niniam compeſcendam* a ☿io ortam. Auro foliato *involvuntur* etiam *pilulæ, confectionesque*, & *pulveres* illo exòrnantur.

§. 43. *Chalybs* eſt ferro compactior & ſolidior, factus ex ferro ſæpius candefacto & extincto. *Ferrum* laxius eſt chalybe illoque frequentius datur in *obſtructionibus reſerandis*.

§. 44. Ex mineralibus ♀eis potiſſimum eſt *ſulphur commune*, *arſenicum* & *cinnabaris*.

§. 45. *Sulphur commune* eſt ſubſtantia mineralis ex partibus oleoſis cum acido volatili conſtans. ♀ ob pinguedinem *temperans eſt, & demulcens:* hancque ob cauſam in phtiſi colica aliisque caſibus laudatur. Externe *temperat & abſorbet* quamvis acrimoniam *ſcabiem* & *puſtulas* in cute excitantem.

§. 46. Arſenicum duplex eſt album, & rubrum. Arſenicum album eſt ſubſtantia ponderoſa albicans, facta ex auripigmento & ♁e communi, ſaporis acerrimi & exurentis.

§. 47. *Arſenicum rubrum* eſt ſubſtantia ponderoſa exflavo rubeſcens & ſplendens, facta ex auripigmento calcinato. Utrumque & *cauſticum eſt*, & *ad ulcera cancroſa abſumenda* adhibetur.

§. 48. Cinnabaris nativa eſt ſubſtantia ponderoſa ſolida rubicunda numeroſis ſubinde decurſantibus micis interpolata, & ex

☉i ☽ique fodinis extracta. *Diaphoretica* eſt ♄ *anodyna*, & *antiſpaſmodica.*

§. 49. Agmen mineralium ⊖ina claudunt: cujus generis ſunt ⊖ ☽, borax, ⊖ comm. ☾, ☉, ♆ & ♁.

§. 50. *Sal ammoniacum* eſt ſubſtantia alba cryſtallina ⊖ina ex urina humana, ⊖e communi & fuligine facta, ſaporis acris & urinoſi. ⊖ ☽ ob ſal ſalſum *diureticum* eſt, *ſtomachicum*, & *antifebrile*. Datur in ſubſtantia a ℈ ß ad 3 ß.

§. 51. *Borax* eſt ſubſtantia pellucida ☉e durior ex lapide ☾oſo, vel chryſocolla calcinata elixiviata. Eruitur enim in India orientali terra ☾oſa, quæ leviter calcinata & elixiviata in cryſtallos abit ulterius depurandos. Borax *urinam movet, menſes, & fœtum*, recipiturque inter compoſitiones *aphrodiſiacas* a ℈j ad 3ß.

§. 52. *Sal commune* marinum eſt aut fontanum: utrumque paratur coctione ſolis aut ignis. *Diureticum* eſt, *incidens, ſtomachicum, abſtergens* & *reſolvens*, & externe adhibitum *dolores ſiſtit.*

§. 53. *Sal gemmæ* eſt ſubſtantia alba cryſtallina ⊖ina e terræ fodinis eruta, ſaporis acris, & ⊖ſi. ⊖ gemmæ ⊖e communi potentius eſt: utplurimum autem externe tantum adhibetur in *gargaryſmatibus & clyſteribus.*

§. 54. *Nitrum* eſt ſubſtantia alba cryſtallina ⊖ina ex ♁ pingui ⊖ſa & ☾oſa elutriata & cryſtalliſata, ſaporis amaricantis & acris. Reperitur hæc terra in tractibus Bengalenſibus, & efflorescit interdum ex rupibus & parietibus antiquis.

§. 55. Nitrum eſt ⊖ ſalſum mediæ naturæ inter volatile & fixum: unde etiam *diureticum* eſt, *refrigerans, temperans, ſitim ſedans & phlogoſes ſanguinis* in febribus præſertim malignis & æſtu ♀eo.

§. 56. *Alumen* eſt ſubſtantia ⊖ina alba, aut ex albo rubicunda pellucida, cryſtallina ponderoſa, ex lapide ponderoſo rocha dicto calcinato elixiviata & cryſtalliſata, ſaporis acris urinoſi & adſtringentis.

§. 57. Conſtat ☉ ⊖e ⊖ſo & quodammodo coroſivo fixo & volatili, nec non terra ſtiptica: hinc etiam *diureticum eſt, antiſe-*

tifebrile, & adſtringens. Externe in *ophtalmia* adhibetur, & ad *carnem fungoſam* vulnerum & aliarum partium abſumendam.

§. 58. *Calx viva* eſt ſubſtantia ⊖ina ex albo cinerea, ex lapide calcario ignis violentia in calcem exuſta ſaporis acris & mordacis.

§. 59. Calx viva multo alcali & pauco acido utroque volatili & corroſivo, nec non terra conſtat: unde etiam in *vulneribus*, in *Gangræna & Sphacelo*, in *hydrocephalo & ambuſtis*, in *calculo & podagra* ſummo cum fructu adhibetur.

§. 60. Ultimum locum inter mineralia Vitriolum occupat: cujus tres reperiuntur ſpecies album nimirum, Hungaricum & Romanum.

§. 61. *Vitriolum album* eſt ſubſtantia ⊖ina alba, ⊖is inſtar concreta ex ♁ ℞lica elixiviata & cryſtalliſata ſaporis acris, ſubacidi, & adſtringentis.

§. 62. *Vitriolum Hungaricum* eſt ſubſtantia ⊖ina tranſparens ex viridi cœrulea, ex ♁ ℞ica elixiviata & cryſtalliſata.

§. 63. *Vitriolum Romanum* ſeu cyprium eſt ſubſtantia ⊖ina cryſtallina cœrulea tranſparens ex ♁ ℞ica elixiviata & cryſtalliſata.

§. 64. Conſtat ℞ ex ⊖e acido fixo & volatili quodammodo corroſivo, & ♁ metallica: unde *emeticum* eſt, & *adſtringens*. Album mitius conſtituit emeticum, cætera fortiora externe potiſſimum adhibentur.

LIBRI I.

SECTIO II.

De *Animalibus.*

§. 1.

MIneralibus ſuccedunt animalia, quibus medici vel *integris* ūtuntur, vel *illorum partibus* tantum iisque tam *duris*, quam *mollioribus*.

§. 2.

§. 2 Inter integra animalia *ſtincus marinus* eminet cum *lumbricis terreſtribus, cantharidibus, hirudinibus* & aliis.

§. 3. *Stincus marinus* eſt animal quadrupes oviparum lacertæ non diſſimile, dorſum tamen illa habet latius, magis glabrum & minus ſerratum cute ſquamoſa alba tectum, cæſia a capite ad caudam decurrente linea. Degit hoc animal in aquis potiſſimum maris rubri, unde etiam extrahitur, inteſtinisque rejectis exſiccatur. Scatet ☋e volatili blando, ob quod etiam *diureticum* eſt. Commendatur inſuper virtute *alexipharmaca, aphrodiſiaca,* & *adverſus lepram* ut veteres putarunt; ſed hæc ulteriori inquiſitioni eſt commendanda.

§. 4 *Lumbrici terreſtres* ſunt animalia apoda exoſſia longa tenuia mollia, & carnoſa, coloris dilute ſanguinei, collo rubicundis angulis cincto, & ſapore terreo prædita. Gaudent lumbrici ☋e *volatili blando diuretico, & antiſpasmodico*: in ſpecie autem commendantur ad dolores arthriticos & colicam, huncque in finem non tantum intra corpus ſumuntur, ſed etiam externe adhibentur.

§. 5. Cantharides ſunt animalia oblonga alata vagipennia aureo colore viridicantia. Ab initio nullus in illis obſervatur ſapor, qui hinc acerrimus fit, cauſticus & erodens. Odor cum recentes ſunt in illis occurrit fœtidiſſimus. Reperiuntur potiſſimum in Hiſpania & Gallia, in Germania etiam interdum cynogloſſæ inſidentes, fraxino aut lyguſtro.

§. 6. Gaudent cantharides ☋e acerrimo & cauſtico: quod autopſia evincit & experientia. Vid. *act. Haffn. Vol. IV. obſ.* 80. *& V. obſ.* 89. SERGERUS, HAGENDORNIUS & alii.

§. 7. Cantharides exhibentur raro interne niſi in *Gonorrhœa virulenta* incipiendo a gr. ß: & ſi hoc fit cum levamine progrediendo ad gr. j. vel ij. Vis nimia cauſtica temperatur *lacte vaccino* vel ♁ *lini expreſſo*, minus autem ab acidis.

§. 8. Frequentior eſt uſus cantharidum externus *in veſicis excitan-*

citandis ad capitis, aurium & oculorum dolorem ſiſtendum ad ſuffuſiones, tumores œdematoſos, aliosque morbos tollendos.

§. 9. *Hirudines* ſunt animalcula apoda longa lubrica lineis & punctis nigris variegata, & ore triſulco prædita.

§. 10. Vivunt hirudines in paluſtribus locis, indeque extracta & mundata in aqua ad uſum viva ſervantur.

§. 11. Applicantur hirudines *utero, podici, brachio, pedibus*, aliisque partibus *ad extrahendum ſanguinem*; maxime autem *in hemorrhoidibus* cœcis tumidis & dolentibus.

§. 12. Cum ſanguine diſtentæ appareant hirudines, nec ſponte decidant ♌☿ per deliquium aſpergitur, vel ⊖ quodumque. Interdum etiam diutius relictis cauda præſcinditur, ut ſanguis per caudam reſectam largius evacuari queat.

§ 13. Ad partes animalium duriores *cornua* pertinent, *dentes*, *ungulæ* & aliæ.

§. 14. Inter cornua primas CC. tenet, quod crudum aut jam præparatum ⊖e alialico gaudet, virtuteque *incidendi*, & *abſorbendi acida* & *viſcida* pollet, ſimulque *anodynum* eſt, *antiſpasmodicum* & blandum *diaphoreticum*. Hinc confert in *malignis*, *acutis*, *variolis*, *morbillis*, *diarrhœis*, *dyſenteria*, *epilepſia* & aliis affectibus ab acido ortis a ℥ß ad ℥j. datum.

§. 15. Huic ſuccedit *Ebur* quod plus ♁æ ſed minus ⊖is volatilis habet: unde etiam potentius *abſorbet*, in ſpecie autem commendatur ad *nimium menſium fluxum & fluorem album*, nec non ad præcavendum in gravidis *abortum*.

§. 16. Cum ebore convenit unicornu verum decantatum in *epilepſia puerorum*, nec non *in puerorum torminibus*, & *convulſionibus*.

§. 17. Huc pertinet etiam *cranium humanum* quod cum CC. vires habet easdem, ſed inſuper ceu ſpecificum in epilepſia commendatur.

§. 18. *Ungula alcis* cum CC. per omnia convenit: epilepſiæ tamen unice videtur eſſe dicata.

§. 19.

§. 19. Partibus animalium durioribus porro *mandibulæ lucii piſcis* annumerantur, *dens apri*, *os ſepiæ*, *lapides* ♋, *margaritæ*, *mater perlarum lapis Bezoardicus orientalis*, *& occidentalis.*

§. 20. *Mandibulæ lucii piſcis* ſunt oſſa mandibulæ inferioris, ſaporis & odoris fere expertia, quæ palmam lapidibus ♋ in *Pleuritide* & *peripneumonia* præripiunt.

§. 21. A mandibulis lucii piſcis non multum differt *dens apri*, qui ſimul in his morbis cum illis datur.

§. 22. *Oculi cancri* ſunt lapilli cruſtacei duri, albicantes glabri & orbiculati piſo majores, una parte compreſſi & ſinuati; altera vero convexi, nati utrimque unus in ventriculo cancrorum fluviatilium ſaporis & odoris nullius evidentis. Reperiuntur hi lapides in cancrorum ventriculis circa dies caniculares ab initio ex materia lactea conſtantes, quæ ſenſim poſt VI. vel VIII. dies concreſcit in lapillos, ſenſimque poſtea conſumitur in exuviarum reſtitutionem.

§. 23. Lapides ♋ *incidendi*, *diſcutiendi* & *abſorbendi* virtute ſuperant CC, *pellunt* quoque *urinam & ſudorem*, in *ſanguine congruma-mato diſſolvendo* ſpecificam virtutem habent, & in *ſananda hectica* ſingularem exſerunt virtutem.

§. 24. Sepia piſcis ſuccum nigerrimum in pedibus habet, quem Chinenſes cum brodiis leguminum inſpiſſant, & ſub nomine *atramenti Chinenſis* in univerſum orbem terrarum transmittunt.

§. 25. Os ſepiæ eſt ſubſtantia teſtacea candida, levis utrimque tumida parte ſuperiore duriuſcula, inferiore fungoſa mollis, leviter aſpera & friabilis, nata in dorſo piſcis Sepia dicti ſaporis ⊖ſi & acris, & nullius odoris.

§. 26. Potentius os ſepiæ *abſorbet* quam lapides ♋. In ſpecie laudatur in *Gonorrhœa*, *fluore albo*, omnibusque cæteris fluxibus. Intenſiorem *vim adſtringentem* acquirit ſi illi ♃ ℞ affunditur, rurſumque ab illo abſtrahitur.

§. 27. Ad animale regnum referuntur etiam margaritæ. Sunt autem margaritæ partes rotundæ vel anguloſæ, albæ pellucidæ ſaporis terrei, excrementitiæ Scirrhoſæ concharum, quæ tunc inſi-

pidæ ſunt quando perlas habent, extra hunc caſum autem ſapidiſſimæ.

§. 28. Margaritæ præ cancrorum lapidibus nihil habent peculiare niſi quod ob ſubſtantiam molliorem in ventriculo faciliusreſolvi poſſint, & ſubtiliores ſint: unde etiam in phtiſi & hectica conveniunt.

§. 29. Huc pertinet etiam *mater perlarum*, quæ teſta valida & ponderoſa eſt, extus rugoſa & aſpera non ſtriata, intus lævis & argenteo colore prædita. Hæc teſta ejusdem naturæ & qualitatis cum margaritis eſſe videtur, niſi quod ejus ſubſtantia durior ſit & ſolidior: unde etiam pulvis antifebrilis ex illa parari poteſt, ſicuti ex conchis vulgaribus ſpecificum antifebrile Crollii.

§. 30. *Lapis Bezoar orientalis* eſt ſubſtantia lapidea foris ſplendida & quaſi lævigata, coloris foris atro virentis intus autem obſcure cinerei. Forma ejus modo rotunda eſt, modo oblonga teres vel ovalis & variæ magnitudinis. Componitur ille ex pluribus lamellis ſibi invicem incumbentibus relicta in meditullio cavitate inſigni, in qua palea, pili, fibrillæ aliaque ſimilia reperiuntur. Naſcitur hic lapis in ventriculo caprarum ſylveſtrium nulliusque odoris & ſaporis eſſe deprehenditur.

§. 31. *Lapis Bezoardicus occidentalis* eſt ſubſtantia lapidea orientali fragilior & laxior, foris ſcabra & minus lævigata, coloris modo ex viridi nigricantis, modo cinericei. Componitur ille ut orientalis ex multis lamellis ſibi invicem incumbentibus, & deprehenditur forma utplurimum rotunda, & magnitudine varia. In medio habet cavitatem paleas includentem, pilos & ſimilia, & naſcitur in ventriculis caprarum Peruvianarum & Mexicanarum, nec non animalium aliorum.

§. 32. Non in omnibus caprarum ventriculis reperiuntur lapides Bezoardici; ſed morboſarum partes excrementitiæ eſſe videntur.

§. 33. Uterque lapis Bezoardicus cum margaritis & ♋ lapidibus convenit, quibus tamen ſubtilior eſt, & in *melancholia, febribus*

ma-

malignis pro ſudorifero habetur. Laudatur etiam *in virium languore, & contra vermes* a ℈ß ad ʒj. datus niſi ejus pretium obſtet.

§. 34. Partibus animalium durioribus molliores ſuccedunt: cujus generis ſunt *moſchus Zibethum, Caſtoreum, ſpermaceti, Ichtiocolla.*

§. 35. *Moſchus* eſt ſubſtantia grumoſa pinguis & unctuoſa, ſanguini congrumato ſimilis. Colligitur moſchus ex Dorcadis ſeu capræ moſchiferæ Aſiaticæ folliculo ſito in abdomine inter umbilicum & pudenda, ſaporis ſubacris amaricantis, odoris fragrantis & grati.

§. 36. Moſchus ob ⊖ volatile ſpiritibus analogum *analepticus* eſt, *cardiacus, aphrodiſiacus, ſanguinem congrumatum ſolvens*, & *paſſionem hyſtericam tollens.*

§. 37. *Zibethum* eſt ſubſtantia unctuoſa flaveſcens pallida, melli aut butyro ſimilis, ſaporis ſubacris & odoris fragrantiſſimi. Colligitur ex folliculo animalis Zibethici majoris aut minoris ſito in fœmina intra anum & pudenda, & in mare inter penem & teſtes.

§. 38. Uſus Zibethi externus magis quam internus eſt, & virtutem obtinet *antepilepticam, antihyſtericam, nervinam* & *anodynam.*

§. 39. Caſtoreum non ſunt teſticuli caſtoris ſed excreſcentiæ quædam glanduloſæ inter pudenda, quæ in medio fovent materiam mellcam, quæ caſtoreum dicitur.

§. 40. Eſt itaque *caſtoreum* ſubſtantia glanduloſa oblonga rotunda nata in Caſtoris inguine ſub teſticulis ovi magnitudine. Veſtitur hæc ſubſtantia pellicula craſſa & impleta eſt liquore oleoſo & ceroſo, qui tractu temporis exſiccatur, & ſapore acri amaricante nauſeoſo, & odore gravi præditus deprehenditur.

§. 41. Caſtoreum ob ⊖ volatile penetrantiſſimum pinguedini incluſum ſpecifice convenit in morbis ab acido auſtero ortis, in *morbis* nimirum *ſoporoſis, paſſionibus colicis, hyſtericis, convulſivis*, in *cachexia*, *in ſingultu*, *Cardialgia*, *palpitatione*

cordis, variolis & morbillis a ℈j ad ʒß datum. In majori doſi propinatum alvum ſolvit.

§. 42. Sperma ceti non eſt ſperma ſeu ſemen hujus piſcis; ſed ſubſtantia gummoſa alba, tenera, mollis pinguis oleoſa & quaſi ex parvis raris furfuraceis ſquamis compoſita. Effunditur illa ex certis cavitatibus proceſſuum cerebri balænarum, orcarum, præcipue ceti dentati parte poſtica utrimque uno, nec non ex canibus carchariis, & aliis piſcibus Indiæ orientalis poſt mortem in aquam, & in ſuperficiem maris agitur; vel ſtudio etiam ex cranio, ſectoque cerebro eximitur. Purificatur illa poſtmodum beneficio lixivii, usque dum deſideratam acquirat albedinem. Saporem illa obtinet pinguem & butyralem, odoremque gratum & debilem.

§. 43. Sperma ceti ∈e præditum eſt volatili caſtoreo blandiore: unde præter virtutem *diſcutientem*, & *diureticam* obtinet ſingularem *anodynam*. Hinc etiam *anticolicum* audit, *antipleuriticum*, *antihyſtericum*, *antiaſthmaticum*, *anticatarrhale*; & *in ſanguine, lacteque coagulato reſolvendo* præ cæteris virtutem obtinet ſpecificam a ℈j ad ʒß. datum.

§. 44. *Ichtiocolla* eſt ſubſtantia ex albo flaveſcens gelatinoſa cocta ex piſce Huſo dicto, cujus ventriculus, inteſtina & veſica tam diu coquuntur donec in tenues diduci poſſint lamellas, contorqueri, & in ſpiras cogi.

§. 45. Saporem Ichtiocolla glutinoſum obtinet; ſed odorem nullum.

§. 46. Partibus Ichtiocolla conſtat glutinoſis ſive mucaginoſis, & paucis volatilibus: unde etiam tanquam *temperans & anodynum* ſumitur in *diarrhœa, dyſenteria & lympha acri & tenui temperanda, & incraſſanda.*

§. 47. Agmen remediorum ex regno animali deſumendorum *ſanguis hirci* claudit, qui ex hirco ſano ſauciato colligitur, & ſero ſuperfluo privato exſiccatur.

§. 48. Sanguis hirci ob copioſum ⊖em volatilem alcalicum & ter-

& terram parciorem lapides ♋ virtute *discutiendi incidendi & urinam movendi* superat.

LIBRI I.

SECTIO III.

De

Vegetabilibus.

CAPUT I.

De

Radicibus.

Radix Acori est radix oblonga paululum compressa in superficie quasi geniculata, foris ex albo rubescens, intus alba fungosa, saporis acris suaviter amaricantis & aromatici, odoris fragrantis. Ob ⊖ volatile oleosum penetrantissimum succurrit *acidæ ventriculi cruditati, torminibus abdominis, & mensium obstructioni, scorbuto & hydropi.* Crudus datur a gr. v. ad xv, conditus a ℈j. ad ʒj.

Acori Indici. Acorus Indicus in omnibus cum nostrate convenit excepta radice, quæ tenuior est, & compactior, superficie crebrius geniculata, odore & sapore gratiori. Sponte sua copiose provenit in *Malabara* & *Insula Zeilon.* Vires habet cum superiore easdem.

Althea est radix oblonga digiti crassitie in ramos divaricata foris pallide cinerea, intus pallida ex siccitate rugosa, saporis mucilaginosi & lenti, odoris nullius evidentis. Agit hæc radix in omnia ⊖ia tam ⊖sa quam acida partim aqueis illa fundendo, partim salina spicula involvendo. *Anodyna* est *diuretica* & *emolliens.* Datur in substantia ad ʒj in decocto & infuso ab ʒß ad ʒj.

Radix Angelicæ eſt Angelicæ ſativæ radix oblonga aliquantum reſinoſa ex capite craſſiore in fibras ſæpe pollicares, vel tenuiores diviſa, foris ex flavo rufeſcens, intus alba, ſaporis acris ſuaviter amaricantis cum blanda quadam dulcedine, odoris fragrantis. Conſtat ∈e volatili ∘oſo adjuncta quadam dulcedine quibus incluſæ ſunt particulæ anodynæ. Opus ſuum cum quadam *virtute anodyna* efficit, neque ob cauſam *in vitiis pulmonum* prodeſt, in omnibus *uteri affectibus, cordis & tuum vitiis.* Datur in ſubſtantia a gr. xv. ad ℈j. & a ʒj ad ʒij in infuſo.

- *Apii* eſt radix pollicem craſſa albicans a craſſiori capite in numeroſas fibras divaricata, ſaporis ſubacris, odoris fragrantis. Fovet ſal volatile fumoſum, *diureſin* excitat, & pellendo *materiam lactis* ad renes, ejus abundantiam *minuit*, & *coagulum reſolvit.*
- *Ariſtolochiæ.* Variæ in officinis proſtant hujus radicis ſpecies: uti ſunt
- *Ariſtolochiæ rotundæ*, quæ cæteris eſt præſtantior, ∈ fixum paulumque volatile in ſinu gerit, & convenit in *tuſſi, aſthmate, partu promovendo, menſibus pellendis & ſcabie, incidit, aperit, & anodyna eſt.*
- *Ariſtolochiæ longæ.* Ariſtolochia longa ∈ia ſua in ſubſtantia laxa & ſpongioſa gerit, unde ſimul *imbibit, abſorbet & abſtergit.*
- *Ariſtolochiæ tenuis.* Hæc remiſſiorem habet amaritiem, recens autem intenſiorem acredinem volatilem, & penetrantem obtinet, hancque ob cauſam *reliquis ut ſtimulus additur.*
- *Ariſtolochiæ cavæ* ∈ fovet in ſubſtantia farinacea in mucilaginem fere deſinente. A multis præfertur rotundæ præcipue quo ad virtutem *anodynam & demulcentem*, quam recens poſſidet.
- *Ariſtolochiæ* fabaceæ remiſſior & debilior eſt quam reliquæ. Ob ſubſtantiam farinaceam cæteris majorem vim *exſiccantem, & abſorbentem* poſſidet: unde etiam a chirurgis in *oſſibus denudatis* adhibetur.

Radix Armoraciæ ſive raphanus ruſticanus eſt radix oblonga pollicis craſſitudine, colore albo, guſtu acerrimo, odore nullo. Ob ⊖ penetrans junctum cum pauco acido volatili ⊖ quævis per *diureſin* & *diaphoreſin* educit, & proinde *in ſcorbuto frigido, paralyſi, morbis ſoporoſis* & *appetitus vitiis* egregiã præſtat operam. Nunquam datur in decocto ſed in infuſo cum ſero lactis aut vino, in electuariis, vel etiam in ſucco ad ʒj.

Ari eſt radix alba rotunda nucis avellanæ magnitudine. Aron ob ⊖ volatile cruditates acidas, auſteras terreſtres & viſcidas per *diureſin educit.* Hinc *ſtomachicum* eſt & *thoracicum*, junctumque cum acidis ſ-tuoſis fit *antiſcorbuticum* & *ſanguinem diſſolvens.* Datur præparatus a ʒſs ad ʒj.

Aſari eſt radix tenuis fibroſa ex fuſco rufeſcens, ſaporis acris nauſeoſi cum quadam adſtrictione, odoris ad nardum accedentis. Aſarum gaudet ⊖e *purgante aeri fixiore* & in receſſu habet quandam *virtutem adſtringentem.* Datur in ſubſtantia a ʒſs ad ʒj vel ʒiij, in extracto a ϑſs ad gr. xv. Fortiori △e toſtum vel coctum virtutem exuit purgantem, & evadit *diureticum.*

Aſparagi eſt aſparagi ſativæ radix ſpongioſa longa rotunda, ex uno capite in plures fibras ſeſe diffundens, ſaporis actis ſubdulcis odoris nullius. Aſparagus blandum ſuum ⊖ *diureticum* in blanda mucilagine fovet, & contra *Ictcrum* aliosque *morbos chronicos* cum appropriatis adhibetur.

Bardanæ eſt lappæ majoris radix oblonga craſſa foris nigricans intus alba ſaporis ſubdulcis acris & amaricantis odoris fere nullius. Bardanæ radix *urinam movet*, eamq; turbidam reddit, *ſudorem*, & *ſanguinem congrumatum reſolvit* propterea in *Pleuritide phtiſi, atrophia & arthritide* pro ſpecifico habetur. Datur in ſubſtantia ejus raſpatura recentior a ʒj ad ʒij.

Biſtortæ eſt radix oblonga pollicem craſſa tuberoſa quaſi & geniculata, nonnunquam retorta foris ex ſpadiceo nigricans, intus ex flavo rufeſcens ſaporis auſteriuſculi adſtringentis, odoris nullius. Valde *adſtringit* biſtorta & potens eſt *influxibus* ſedandis, & nimia *ſanguinis reſolutione* cauſata a malignitate. Laudem etiam meretur in *abortu* præcavendo. Datur in ſubſtantia ad ʒj in decocto ab ʒj ad ʒij.

Radix

Radix Bryoniæ eſt radix prægrandis longa craſſa carnoſa, albida quaſi fungoſa, intus circulis donata, ſaporis acris mordacis amaricantis nauſeabundi odoris viroſi. Recens validior eſt: ſiccata hæc ſerum & aquas magis per inferiora, illa ſupra & infra potenter exterminat. In ſpecie valet in ſanguine congrumato reſolvendo in aſthmate & hydrope pectoris & uteri, nec non in vermibus. Sicca infuſis diureticis ad[illegible] præſtimalo. Succus radicis a ʒij ad ʒß cum oxymelle contra aſthma adhibetur.

Calami aromatici. Calamum aromaticum conſtituunt cauliculi tenues geniculati, foris pallide flaveſcentes, intus candidi includentes medullam fungoſam levem ſimilem telis aranearum in ſe collapſis ſaporis acris ſvaviter amaricantis, odoris aromatici & fragrantiſſimi; Itaque non eſt radix ſed *arundo, aut cauliculus odoratus noſtris officinis incognitus.*

Carlinæ eſt radix oblonga digiti craſſitie utplurimum in ſuperficie carnoſa & foraminulenta, coloris foris rufi, intus albi, ſaporis acris odoris gravis & fragrantis. *Hyſtericis* mire *conducit*, ut & *in peſte præſervanda, potentiſſime movet ſudorem* eoque nomine *Herpetem, cutaneosque effectus ex fundamento curat.*

Caryophillatæ eſt radix tenuis fibroſa ex uno capite craſſiore prodiens ſaporis ſubacris grate amaricantis, odoris aromatici, aut nullius. Recens poſſidet in ſubſtantia terrea aliquid ⊖is volatilis ob quod *contra catarrhos & capitis obſtructiones* commendatur; ſicca autem & ⊖e volatili carens *blande adſtringendo fibras relaxatas* præcipue *ventriculi confortat.* In ſpecie commendatur a nonnullis *in Ictero a bile acri & viſcoſa.*

Chinæ eſt Similacis aſperæ chinenſis Lampatam dictæ radix craſſa tuberoſa lignoſa, aliquantum reſinoſa, pallide rubeſcens, intus candida, ſaporis terreſtris leviter adſtringentis. Radix chinæ ⊖e blando gaudet quod in ejus ſubſtantia non nihil

nihil reſinoſa latitat, & in ejus decocto manifeſte ſe prodit: unde etiam ♃ non tantum exaltat ſed & *acida* pertinaciſſima etiam *infringit*, & cum blanda quadam vi *anodyna per diaphoreſin* expellit.

Radix Cichorei eſt cichotii ſylveſtris radix oblonga circuloſa, dum recens lacte turgida, ſaporis ſubacris ſubadſtringentis ama- [illegible] Conſtat cichorium ☉ *diuretico* admodum blando, & tanquam polychreſtum in morbis laudatur ubi *reſolvendum*, *abſtergendum* & *temperandum* eſt: unde in *Angyna*, *Ictero*, *obſtructionibus vaſorum lacteorum*, in ſanguine *acri & acido* temperando cum fructu adhibetur. Additur quoque *purgantibus*, *antiſcorbuticis*, & *antimelancholicis*.

Contrajervæ eſt clematis paſſionalis Peruvianæ radix oblonga tenuis, nodoſa fibroſa, foris rubra intus pallida, ſaporis adſtringentis cum ſuavi acrimonia, odoris exigni aromatici. Commendatur in *morbis malignis*, & datur in ſubſtantia infuſo & extracto.

Coſti eſt radix oblonga craſſitie pollicari dura lignoſa cortice craſſo, pallido, medulla denſa buxei coloris conſtans, ſaporis acris amari aromatici, odoris fragrantis accedentis ad iridem Florentinam. Coſtus ☉ ſuum in blanda quadam fovet glutinoſitate a qua temperatur: hancque ob cauſam inter *expectorantia* refertur & *per Diureſin* & *diaphoreſin* operatur. Ob odorem cerebro haud moleſtum *cephalicis & uterinis* accenſeri meretur Datur in pulvere a ℈j ad ʒß in infuſo ad ʒij pro vini ℥viij.

Cucumeris aſinini eſt radix craſſa oblonga alba, ſaporis acris nauſeoſi odoris dum recens eſt viroſi. Serum & aquam per vomitum ſedes & urinam in copia & quadam cum violentia excernit. Tutius datur ejus extractum a ℈ß ad gr. xv. & ℈j.

Curcumæ vocatur etiam crocus terreſtris, & eſt radix oblonga

parva, tuberoſa nodoſa intus & extus crocei coloris, ſaporis ſubacris, ſubamaricantis, odoris ad Zinziber accedentis aſt debilioris. Curcuma donatur ⊖e oleoſo volatili partibus blandis viſcoſis immerſo: unde etiam tanquam polychreſta ab Indis inter *ciborum condimenta* refertur, & in *lethero vitiisque bilis* laudem meretur.

Radix Cyclaminis eſt radix tuberoſa craſſa orbiculata carnoſa, foris nigra, intus albicans ſaporis exurentis ingrati, odoris nullius. Radix recens valde acris eſt, exſiccata acredinem amittit. Purgat cum inflammatione ventriculi faucium & ani *ſerum & bilem*. Datur robuſtis in ſubſtantia ad ʒj in infuſo ad ʒß; tutius autem in extracto a ∋j ad gr. xxv. & xxx.

- - *Cynogloſſa* eſt cynogloſſi vulgaris radix oblonga craſſitie digitali, foris ex atro rubens intus albida, ſaporis fatui muſcoſi odoris nauſeoſi aliquid fœtidi canis redolentis & narcotici. *Scrophulas & ſtrumas colli* curat externe, & *abigit pediculos* recens infantum capitibus impoſita. Suſpecta virulentia corrigitur cinnamomo, Croco, Caſtoreo. *Vis narcotica* exaltatur opio. Piſulæ de cynogloſſa dantur a gr. vij. ad gr ix.

- - *Cyperi longa* eſt aut *rotunda*.

- - *Cyperi longa* eſt radix oblonga tenuis nodoſa & geniculata contorta fractu contumax, foris ſubnigra intus albicans, ſaporis ſuavis ſubacris & aromatici paululum exſiccantis, odoris fragrantis.

- - *Cyperi rotunda* eſt radix rotunda olivæ magnitudine & figura, foris rufa ſcabra intus alba, pluribus ex uno capite tenuibus filis dependentibus, ſaporis & odoris cum cypero longo ejusdem. Longus præſtantior eſt rotundo, convenit cum *Galanga* ſed non tam acris eſt, & plus *adſtringit*, hinc *ventriculum roborat & dentes vacillantes*. Datur in ſubſtantia ad ʒß in infuſo ut aliæ radices.

- - *Doronici* conſtat ex radiculis oblongis rotundis tuberoſis nodoſis digiti minoris craſſitie, ex viridi palleſcentibus, pluribus

ex

ex uno capite tenuibus quasi filis dependentibus, saporis subacris, subdulcis ad glycyrrhizam accedentis, odoris nullius. Recens Doronicum in dulcedine aliquid aromatici continet, & ob hoc aromaticum junctum dulcedini *discutit vapores vertiginosos, & involvit & in confuso & inordinato motu existentes* a 3ß ad 3j in substantia adhibitum.

Radix ~~Ebuli~~ Sambuci humilis radix oblonga tenuis albida saporis amaricantis subacris & nauseosi. Cortex hujus radicis *serum & ▽ per urinam & sedes* blande evacuat lignum autem potius *adstringit.* Externe valet ad *tumores pedum ædematosos tollendos.*

Eryngii est radix oblonga crassitie pollicari, foris nigricans intus alba, in medio nervo solidiore flavescente repleta, saporis subacris dulcis, odoris nullius. Potior ejus virtus consistit in cortice & ob levem amaritiem *potentior* est *scorzonera*: unde *incidendo, & fluxile reddendo serum per urinam elicit.*

Esulæ major aut *minor* est, & utraque in officinis reperitur.

Esulæ est tithymali palustris fruticosi radix oblonga crassitie pollicari fusca, foris & intus pallida lacte acri exedente & nauseoso turgida.

Esulæ minoris est tithymali foliis pini radix oblonga majori tenuior fusca, foris & intus ex flavo albescens, lacte acri turgida. Utraque *humores hydropicorum* tanta cum vehementia & molestia *educit* ut robustioribus tantum exhibenda sit in *cachexia, febribus, hydrope & scabie.* Virtus hujus radicis consistit in cortice, qui a ∋ß ad ∋j in substantia datur. Extractum ejus datur a gr. xv. ad ∋j.

Fæniculi est fæniculi vulgaris Germanici radix oblonga recta, crassitie digitali pallida, saporis subdulcis, seu cortex hujus radicis subacris, aromaticus & tenuis odoris fragrantis. Fæniculum ob ⊖ia dulci viscositate temperata *urinam movet & sudores,* & specificum est in *Variolis & morbillis.*

Radix Filicis eſt radix craſſa ramoſa fibroſa, foris nigricans, intus pallida multis appendicibus involuta & implexa, ſaporis primum ſubdulcis amariuſculi deinde & ſubadſtringentis, odoris nullius. Filix ⊖ fixum particulis terreis & viſcidis habet incluſum, & laudatur tanquam *aperiens* in *affectu hypochondriaco*, aliisque *morbis chronicis*.

- *Galangæ* duplex eſt *major* nimirum & *minor*.
- *Galangæ majoris* eſt plantæ Indicæ Banchabe dictæ radix tuberoſa craſſitie pollicari & ultra, nodoſa & inæqualis, in ſuperficie circularibus geniculis donata, extus flaveſcens intus palleſcens, ſaporis acris aromatici, odoris fragrantis.
- *Galangæ minoris* eſt plantæ Indicæ Lagondi dictæ radix tuberoſa nodoſa majori ſimilis ſed tenuior, odoris majore fragrantioris & gratioris. Galanga minor efficacior eſt majori, & poſt acredinem quandam relinquit ſtipticitatem: unde *temperatior* eſt, & in *vertigine a ventriculi vitiis*, *in torminibus abdominis* & *doloribus poſt partum* ſpecifica, *nervisque* præterea & *ſpiritibus* commendatiſſima. Datur a ℈ß ad ℈j in ſubſtantia & ut acorus in infuſo.
- *Gentianæ* eſt radix longa craſſa foris fuſca, intus ex flavo rufeſcens, ſaporis intenſe amari, odoris nullius. Gentiana ob intenſiorem amaritiem & ⊖ fixum rigidius confert in *febribus intermittentibus & lumbricis*.
- *Gialappæ* eſt convolvuli Mexicani Jalappa dicti radix oblonga craſſa mechoacanna ingricantior, & circuloſior, ſapore acuto incidente & muſcoſo prædita, odore nullo, quæ in raleolos ſciſſa ad nos defertur. Gialappia quosvis *humores purgat* magis tamen *ſerum & aquam*. Virtus purgans conſiſtit *in reſina*, & datur in ſubſtantia a ℈j ad ʒß in reſina a gr. vij ad ℈ß & extracto a gr. xv. ad ℈j.
- *Glycyrrhizæ* eſt radix oblonga ſarmentoſa digiti craſſitie, coloris flavi, ſaporis ſubacris mellei, & odoris ejusdem. Ob dul-

dulcedinem leni temperatam acredine *demulcet & incidit.* Datur in ſubſtantia ad ʒj in infuſo & decocto ad ℥j.

Radix Graminis eſt graminis canini arvenſis radix tenuis admodum longa, geniculata, ſaporis ſubdulcis cum quadam acrimonia, odoris nullius. Lene eſt diureticum, deobſtruens, & anthelminticum.

Helen. eſt helenii vulgaris radix oblonga craſſa foris fuſca, intus pallida pinguis, ſaporis acris amaricantis aromatici, odoris fragrantis. ⊖ia Helenii pinguedini & reſinæ incluſæ ſunt: unde *carminativum* eſt, *nervinum, antiſpasmodicum, pectorale, anodynum* & *laxans.*

Hellebori duplex eſt *alba* nimirum & *nigra.*

Hellebori nigri eſt hellebori nigri flore roſeo radix tenuis fibroſa nigricans in unum caput deſinens, ex quo multæ prodeunt fibræ ſaporis acris pungitivi, amari nauſeoſi. ⊖*Acidos aduſtos & coagulatos humores* ἄνω *&* κάτω *expurgat* in ſubſtantia a ϑj ad ϑß, & in infuſo a ʒj ad ʒij exhibita.

hellebori albi eſt radix oblonga pollice interdum craſſior foris fuſca, intus alba numeroſis albicantibus fibris ſtipata, ſaporis acris adſtringentis ingrati & nauſeoſi. Helleborus albus *nigro vehementior eſt* & robuſtiſſimo datur in ſubſtantia a ϑß ad gr. xv. in infuſo ad ʒj melius tamen in extracto.

Hermodactyli eſt colchici radix rotunda tuberoſa avellanæ magnitudine compreſſa & albida, ſaporis dum redens eſt acerrimi, odoris nullius. Recens *pituitam & ſerum* per *vomitum & ſedes* expurgat, ſiccata vero omni ſæpe virtute catharrtica orbata eſt. Datur a ϑj ad ʒß:

Imperatoriæ eſt Imperatoriæ majoris radix oblonga craſſitie pollicari ſcirrhoſa & geniculata, foris fuſca intus alba, ſaporis acris aromatici calefacientis & linguam vellicantis, odoris fragrantis. Radix imperatoria cum *Angelica* convenit, & datur a gr. xv. ad ϑj in ſubſtantia, & a ʒj ad ʒij in infuſo.

Radix Ireos Florentinæ eſt Iridis albæ Florentinæ radix oblonga craſſitie digitali paululum compreſſa, ſaporis amaricantis acris ſub pinguis, odoris fragrantis violacei. Iris Florentina Enulæ mitior eſt & gratior ſed pinguior, alvum *lubricat* puerorum & *vomitum movet*, *pectoralis eſt*, *abſorbens*, & *abſtergens*.

Mandragoræ eſt Mandragoræ fructu rotundo radius craſſa oblonga, bifida extus cinerea ferruginea, intus pallida, odore ingrato viroſo & narcotico. Radix Mandragoræ virtute gaudet *purgante & narcotica*, perſe non datur niſi a ℈ß ad ℈j. Extractum melius eſt anodynum.

Mechoacannæ eſt convolvuli Mexicani radix craſſa ſubſtantiæ laxioris, quam Gialappa, carnoſa, circuloſa, ſaporis farinacei odoris nullius. Effoditur illa in regione Mechuacan ubi in talcolas ſciſſa ad nos defertur. *Mechoacanna Gialappæ analoga* eſt; ſed quia reſinam habet pauciorem *illa remiſſior* eſt. Datur inſubſtantia a ʒß ad ʒj in extracto a gr. xv. ad ℈ij in reſina ut Jalappa.

Mei eſt Mei foliis anethi radix oblonga craſſitie digitali, foris ferruginoſa intus pallida & quodammodo reſino, ſaſaporis & odoris Angelicæ ſimilis, ob *vim anodynam Angelica ſuperior* ſed ob *acredinem illa remiſſior* & gradu tantum ab illa differt. Datur ut Angelica aſt in doſi parciori juncta cum imperatoria.

Nymphææ eſt Nymphææ albæ vel luteæ majoris radix craſſa foris ex fuſco flaveſcens, intus pallida fungoſa levis ſaporis adſtringentis auſteri, odoris nullius. Habet nymphæa in ſubſtantia levi & poroſa ⊖ volatile alcalinum: unde etiam *abſorbet*, *fluxum ſeminis ſiſtit*, *inflammationem renum tollit*, & *febrium æſtum*. Datur decoctum ▽ ſuccus Syrupus & ipſa ſubſtantia ad ʒj decoctum ad ℥ij.

Ninſing eſt plantæ Japonenſis & Chinenſis dictæ Gniſen vel Genſing radix oblonga, digiti minimi craſſitie utplurimum bifida

bifida interdum etiam multifida circa finem filamentoſa, intus & extus flaveſcens, ſaporis ſubdulcis ſubacris amaricantis & aromatici gratiſſimi, odoris ſuavis. Sua ſponte hæc radix creſcit in Japan & China, provenit etiam in regno Siam Temperatiſſima eſt hæc radix, & gratiſſima, media inter Angelicam, Meum & leviſticum Habet analogiam cum ſanguine humano & commendatur in *Colica*, *lypothymia convulſione* & *memoria confortanda*, & laudem meretur in *vertigine*. Datur exin fuſo ▽ ferventis ut & in pulvere a ℈j ad ℈ij.

Radix Ononidis eſt ononidis ſpinoſæ flore purpureo radix albida fractu contumax lignoſa, ſaporis & odoris nullius. Radix ononidis *diuretica* eſt, *abſorbens*, & *abſumens Sarcocelen*, *& ramices carnoſas*. Datur cortex in decocto & infuſo.

Orchis eſt radix rotunda ſucculenta albida, paululum compreſſa viſcoſa ſubdulcis odoris ſeminalis. *Aphrodiſiaca* eſt & in ſubſtantia vel cruda datur ad ℥j. condita item, aut in eſſentiam redacta.

Oſmundæ eſt filicis ramoſæ non dentatæ floridæ radix filici analoga aſt temperatior & blandior, fovens immucagine ⊖ volatile: unde in *Rachitide* commendatur, & *herniis puerorum*.

Pentaphylli eſt quinquefolii majoris repentis flore luteo radix oblonga calami craſſitie, foris rubicunda intus incarnata, transverſim ſecta crucem vel ſtellam referens. Sapor in illa deprehenditur primum adſtringens, poſtmodum incidens; odor autem nullus. Movet *ſudorem & urinam* & *febres curat*: datur ad ℥ij.

Petaſitidis eſt Petaſitidis vulgaris & majoris radix oblonga craſſitie digitali ramoſa, reſinoſa, foris fuſca intus albicans, ſaporis acris aromatici, amaricantis, odoris fragrantis, *Alexipharmaca* eſt, *pectoralis* & *uterina* ad ℥j in ſubſtantia data.

Radix

Radix Petroſelini eſt apii hortenſis radix oblonga recta craſſa, albida fibris lateralibus donata, ſaporis ſubacris & aromatatici, odoris fragrantis cum *apio convenientis.*

- - *Peucedani* eſt peucedani Germanici radix craſſa longa ſuperius coma prædita, extus nigreſcens intus albeſcens, ſaporis pinguis acriuſculi odoris ♀ei. Sale fixo & pauco volatili prædita eſt: unde *aperit, anodyna eſt & pectoralis*, ~~ut radices~~ reliquæ adhibita.

- - *Pimpinellæ* eſt pimpinellæ ſanguiſorbæ minoris hirſutæ radix, calami craſſitie ex fuſco ſubrufa, ſaporis ſubamari adſtringentis tenuis, non ingrati odoris, *caryophillatæ* reſpondens.

- - *Pæoniæ* eſt pœoniæ maris folio nigricante ſplendido radix craſſa tuberoſa, foris fuſca intus pallida, ſaporis dum recens eſt ſubacris ſubdulcis, cum levi quadam amaritie, odoris nullius. *Cephalica* eſt *antepileptica, antidinica* & *antiſpasmodica.* Datur in ſubſtantia a ʒß ad ʒj in decocto ab ℥j ad ℥ij.

- - *Polypodii* eſt polypodii vulgaris radix oblonga minimi digiti craſſitie foris rufeſcens, intus ex viridi palleſcens, multis nodis & tophis geniculata, ſaporis dulcis quodammodo adſtringentis & nauſeoſi. Præter virtutes cum filici & osmunda communes blandam poſſidet *virtutem alvum laxandim* infuſis & decoctis ad ℥j data.

- - *Pyrethri.* Pyrethri duæ ſunt ſpecies Italicum & Gallicum. Eſt autem radix pygrethri flore bellidis tenuis oblonga, extus fuſca, intus pallida ſaporis acris fervidi, odoris nullius *Aperiens* eſt radix pyrethri, & *ſalivam copioſe educit* ad ʒß exhibita.

- - *Rhabarbari* eſt lapathi maximi Sinenſis radix prægrandis oblonga tuberoſa circularibus Zonis rugoſa, & inæqualis reddita ponderoſa, foris fuſca intus crocea, nonnihil fungoſa ſaporis amaricantis & lente adſtringentis, odoris nauſeoſi & pontici debilis. Rhabarbarum

bilem

bilem purgat & pituitam, & ſpecificum eſt in lĉtero, & morbis a bile promanantibus. Crudum datur ad ʒj ʒiſs, in infuſo ad ʒſs.

Radix Rhapontici eſt lapathi Thracici maximi radix craſſa oblonga ramoſa brachiata, foris fuſca, intus crocea laxa & rara, transverſim ſecta ſpiras oſtendens, ſaporis adſtringentis cum levi quadam acredine & lentore, odoris pontici debilis. Rhabarbara mitius eſt *in purgando* fortius autem in *adſtringendo.* Datur in ſubſtantia ad ʒj in infuſo ad ʒj.

Rubiæ tinctorum eſt rubiæ tinctorum ſativæ radix oblonga tenuis ſucculenta, extus & intus rubicunda, ſaporis ex dulci amaricantis & adſtringentis odoris nullius. *Traumatica* eſt rubia, *aperiens* & *reſolvens* in ſubſtantia ad ʒj data, & in decoct. ad ʒij.

Ruſci eſt ruſci radix craſſa obliqua, implexa, fibras crebras longas undique dimittens. Radix ruſci *diuretica* eſt, & *antihydropica* in infuſo aut decocto exhibita.

Salſaparillæ eſt ſimilacis aſperæ Peruvianæ ſive Salſaparillæ radix tenuis calami craſſitie longa, ſarmentoſa plicata & rugoſa ex flavo pallida, intus candida ſaporis & odoris nullius evidentis niſi farinacei, cum China conveniens.

Scillæ eſt ſcillæ vulgaris radix bulboſa magna, pugni craſſitie cœpacea expluribus tunicis compacta, ſaporis acris amari, odoris nullius. Scilla præter vires cum Aro communes vomitum movet & alvum. In ſubſtantia nunquam datur ſed in infuſo cum melle, ▽ mulſa, & aceto.

Spicæ nardi duplex eſt Indica nimirum & celtica.

Spicæ nardi Indicæ eſt radix oblonga digiti craſſitie & longitudine comoſa, ex nervoſis filamentis congeſta coloris ex fuſco rubeſcentis, ſaporis mari, acris aromatici odoris grati ad Nardum accedentis.

Spicæ nardi celticæ ceu potius Valerianæ celticæ conſtat ex radicibus fibroſis capillaribus nigricantibus cum foliis parvis ex viridi flaveſcentibus, ſaporis acris aromatici, odoris

fragrantis graviuſculi. Nobilior eſt Indica, *utero utraque & capiti dicata* in infuſo & decocto ut reliquæ radices exhibita.

Radix Scorzoneræ eſt radix oblonga digiti craſſitie, foris pallida intus alba, ſaporis ſubdulcis & grati odoris nullius. *Acidum demulcet & temperat.*

- - *Symphiti* eſt conſolidæ majoris radix oblonga, ſuſculoſa pollicari craſſitie, foris nigra intus alba ſaporis ſubdulcis mucilaginoſi & viſcidi, odoris nullius. *Traumatica* eſt radix ſymphyti & datur ut althæa.
- - *Tormentillæ* eſt tormentillæ ſylveſtris radix tuberoſa dura pollicis craſſitie, in obliquum acta coloris ex fuſco rubeſcentis, ſaporis acriuſculi. *Adſtringit* ad ʒj in ſubſtantia data, & in infuſo a ʒij ad ʒj nec non in extracto ad ϑj.
- - *Turbith* eſt convolvuli Indici foliis althææ ſimilibus radix oblonga craſſa reſinoſa, fores ferruginea, intus albida ſaporis ſubacris naufeabundi reſinoſi. Turbith potentius in *ſerum agit* quam Jalappa, & in Podagra & Arthnitide convenit. Datur in ſubſtantia a ϑj ad ϑij, in infuſo a ʒij ad ʒß, reliqua præparata ut in Jalappa exhibentur.
- - *Tuſſilaginis* eſt tuſſilaginis vulgaris radix tenuis longa, candida ſaporis ſubacris cum levi lentore, odoris nullius. *Incidit* tuſſilago *& acria obtundit* in decocto ad ʒij exhibita.
- - *Valerianæ* eſt radix Valerianæ hortenſis oblonga rugoſa, ſuperficie geniculata, foris ex cinereo fuſca, intus pallida ſaporis acris aromatici, odoris fragrantis & gravis. *Cephalica* eſt *uterina* & *ophtalmica* in ſubſtantia a ϑj ad ʒß, in infuſo a ʒj ad ʒij adhibita.
- - *Vincetoxici.* Hanc radicem conſtituunt Aſclepiadis flore albo radices albicantes, tenues fibroſæ plures ex uno capite prodeuntes, ſaporis acris amaricantis & nauſeoſi, odoris graviuſculi. *Valerianæ & nardo accedit* aſt viribus his longe

ge eſt remiſſior. Datur inſubſtantia ad ʒj, in decocto & infuſo ab ℈ß ad ℈j.

Radix Zedoariæ eſt Zedoariæ Chinenſis radix tuberoſa brevis compreſſa, foris cinerea intus candida ſaporis amaricantis aromatici, odoris fragrantis camphoræ ſimilis. *Sudorem movet* Zedoaria, *diſcutit*, *carminativa* & hyſterica eſt. Doſ. eſt a gr. vij. ad ʒß ſi in ſubſtantia datur, & in infuſo ad ʒij.

Zinziberis eſt radix tuberoſa nodoſa ramoſa brevis, & paululum compreſſa pallida, fibris crebrioribus donata, ſaporis aromatici acerrimi fervidi, odoris fragrantis. Cum Zedoaria convenit nec tanta vis *alexipharmaca* illi ineſt Zinziber in ſubſtantia datur a gr. v. ad xv. & conditum a ʒj ad ʒß. & ultra.

CAPUT II.

De

Lignis & corticibus.

PARS I.

De

Lignis.

Lignum Aloes conſtituunt arboris Chinenſis Calambac interioris medullæ fragmenta lignoſa magnitudine varia, ſolida, denſa, ſpadicea ſtriis aliquando nigricantibus & reſinoſis conſpicua. Sapor in hoc ligno deprehenditur ſubacris amarus aromaticus & pinguis, & odor dum accenditur, vel incaleſcit admodum fragrans. Sub nomine Calambac transmittitur ex intimis Tartariæ oris, & in regnum Sinæ transfertur. Ex integra arbore quercu magnitudine non inferiore vix ℔ß ligni laudabilioris eruitur: unde illud etiam tam cha-

rum exiſtit. ☉ia *hujus ligni reſinæ ſociata* ♃ *tibus noſtris* adeo *analoga ſunt*, ut inter *analeptica & confortantia catholica* habeatur imprimis *cephalica, ſtomachica, cardiaca & uterina*. Ladatur præterea in epilepſia & vermibus necandis, & adhibetur inſubſtantia ad ℈j in decocto ad ℥j ſed illa nimis reddit amaricantia. Melius adhibetur in eſſentia & extract cum ☿ paratis.

Lignum Agallochum ſunt arboris Calambac affinis fragmenta lignoſa ſolida, ex fuſco rufeſcentia ſtriis interdum albicantibus notata bituminoſa, ligno Aloes laxiora & craſſiora, ſaporis amaricantis pinguis, odoris debilioris *earundem cum ligno Aloes virtutum ſed gradu longe debiliore.*

Colubrinum radix potius, quam truncus eſt, arboris nimirum Timorenſis radix lignoſa brachii craſſitie ſub cortice ex fuſco ferrugineo ſubinde maculis cinereis notato includens materiam ſolidam denſam & ponderoſam, ſaporis amariſſimi odoris nullius. Ob ſingularem amaritiem cum gentiana convenit, centaurio minore, aliisque amaricantibus.

Guajacum eſt arboris Indiæ occidentalis Guajacan dictæ lignum ſolidum, denſum reſinoſum, buxei coloris, medulla intus nigricante duriſſima & denſiſſima ponderoſa & reſinoſa, ſaporis acris, amaricantis & aromatici, odoris fragrantis. Cum hoc convenit etiam.

Sanctum, & ſpecie tantum ab illo differt. Eſt autem lignum ſanctum arboris Indiæ occidentalis Hoaxacan dictæ lignum ſolidum denſum Guajaco albidius, medulla intus ſolida duriſſima. Utraque hæc ligna ejusdem cum cortice ſunt virtutis: de quo alibi.

Mollucenſe eſt ricini arboris Indicæ lignum ſpongioſum leve, rarum, pallidum tenui cortice cinereo obductum, ſaporis acris, mordacis, & cauſtici, odoris nauſeoſi. Panava hoc lignum alias dicitur, quod recens adhuc & vegetum adeo potens eſt ut *ſerum & aquas* tam *per vomitum quam per alvum*

vum expellat, relinquens ob intenſam acredinem in ano inflammationem. Siccum *alvum blandius ſubducit*, & in minori doſi exhibitum *ſudorem elicit* in hydrope leucophlegmatia & pluribus morbis chronicis ſpecificum. Pro ſcopo purgandi recens datur in ſubſtantia a ℈j ad ʒß & annoſum ad ʒj, in infuſo & decocto ad ƷƷß. Pro ſudoribus movendis datur in ſubſtantia a ℈ß ad ℈j. & in infuſo aut decocto ad ʒij & ʒiij.

Lignum Nephriticum eſt arboris Mexicanæ Coarthi vel Coalti dictæ lignum ex flavo pallidum durum cœculeo tingens colore, includens ſub cortice nigricante medullam fuſcam ſolidam duram gravem, ſaporis ſubacris amari aromatici vim incidentem in lingua relinquentis. Ob ⊖ blandum alcalicum *diureticis*, *antinephriticis* & *antihydropicis* annumeratur.

Rhodinum eſt cytiſi Maranthæ dicti radix lignoſa, ex flavo pallida denſa ſolida, venulis pinguibus ſubinde interdiſtincta ſaporis amari, odoris fragrantis gravis & roſei. In urina movenda potentius eſt ſandalo & in oleo ejus latet virtus cardiaca & anodyna.

Santalinum. Tres reperiuntur ligni ſantalini ſpecies *rubrum* nimirum *citrinum*, & *album*.

Santalum rubrum eſt arboris Indiæ orientalis medulla ab integumentis exterioribus cortice & ligno ſeparata, ſolida, denſa, ponderoſa, coloris ex fuſco rubicundi, ſaporis & odoris nullius evidentis. Ob vim terream & adſtrictoriam commendatur ad nimium ſudorem compeſcendum, & ardorem ſanguinis.

Santalum citrinum eſt arboris Timorenſis Sercanda dictæ medulla denſa ſolida, colore citrino ab integumentis ſuis liberata, ſaporis aromatici amari fragrantis & grati.

Santalum album eſt ejusdem arboris lignum ſolidum & ponderoſum pallidum, non amplius proſtans apud nos. Citrinum potentius eſt, & odoratius albo, & præter virtutem

incidentem, & urinam moventem obtinet quoque virtutem adſtringentem & roborantem.

Lignum Saſſafras eſt arboris Virginianæ Pavame dictæ lignum. Radix deberet proſtare quæ hoc eſt potentior. Transfertur hoc lignum ex Virginia & Florida, & dicitur ſaſſafras quaſi ſaxifraga. Hujus ligni ⊖ia volatilia temperata ſunt fæniculacea dulcedine, ob quam etiam tam per diureſin, quam diaphoreſin diminuunt etiam in remotiſſimis locis viſcoſa, craſſa & vitioſa.

Huc pertinet etiam *viſcus quernus* quem arbuſculorum quercubus innatorum ramuli lignoſi diverſæ magnitudinis conſtituunt, ſub cortice tenui includentes materiam lignoſam pallide rubentem odoris & ſaporis nullius. Acidum *abſorbet* & *minium ſanguinis motum* ſiſtit, & *inflammationes internas.*

PARS II.

De

Corticibus.

Cortex aurantiorum eſt cortex pomorum aurantiorum pulpam & ſemina includens. Conſtat ille duplici ſubſtantia: exterior flavedo dicitur & *carminativa* eſt & *diuretica*, interior fungoſa *adſtringens.* Datur flavedo ad ʒß, ℞ ex illa deſtillatum & expreſſum ad gtt ij l. iij.

Capparis eſt radicum cortex tubuloſus, rugoſus, craſſus, cinereus ſaporis acris auſteri. Cum tamariſci & fraxini corticibus convenit, ſed ob *auſteritatem plus adſtringit* in ſubſtantia ad ʒj, & decocto ad ℥iiij datus.

Caſſiæ caryophyllatæ eſt Myrti arboreæ Americanæ Caningē cortex cinnamomo tenuior ex rufo ferrugineus, a pelliculis ſuis exterioribus deraſus, & in modum tubuli convolutus ſaporis acris aromatici & odoris caryophyllis ſimilis. Virtu-

te

te caſſia caryophyllata *caryophyllos æmulatur*: habet autem in receſſu *multum viſcoſitatis a qua* ⊖ia ejus *volatilia* multum *temperantur*. Datur in ſubſtantia a ℈j ad ℥ß.

Cortex caſſiæ lignea eſt caſſiæ lignæ Malabaricæ coxtex cinnamomi in modum convolutus, illo tamen craſſior, odore & ſapore debilior cum majore quodam lentore. Ratione virtutis aromaticæ debilior eſt cinnamomo, ſed ob viſcoſitatem illo efficacior & pectoralis. Datur ut cinnamomum, aſt in doſi majori.

China chinæ duplex eſt *verus* nimirum & *ſpurius*.

Spurius ſunt arboris peruvianæ Kinkina dictæ cortices, Kinkina vera tenuiores foris cinerei caneſcentes, intus ferruginei ſaporis amaricantis & ſubpinguis odoris debilis. *Potentior* eſt & *nobilior* ratione virium quam *china vera*.

Chinæ chinæ verus ſunt arboris Peruvianæ Gannanaperide dictæ cortices craſſitiei mediocris, foris ſcabri paululum caneſcentes & ſæpe muco obducti intus læves coloris ferruginei. *Adſtringens* eſt hic cortex & inſignem *virtutem* obtinet *antifebrilem*. Datur in ſubſtantia ad ℥ß & in infuſo ad ℥ij.

Cinamomi ſive Cinamomum eſt caſſiæ Zeilanicæ cortex tenuis, ab exteriore pellicula purgatus ex flavo rubeſcens ſeu ferrugineus, in cannulas contortus ſaporis acris ſuaviter pungentis, ſubdulcis & aromatici, odoris fragrantiſſimi. *Cardiacum* eſt cinamomum & *analepticum*, nec non *pectorale* & *uterinum*. Datur in qualibet forma & in ſubſtantia a ℥ß ad ℈j rarius in decocto.

Citri eſt mali citri cortex pulpam & ſemen includens. Hujus flavedo fragrantior & ſpirituoſior eſt quam aurantiorum cortex: unde etiam non ſolum *carminativa* eſt; ſed *cephalica* inſuper, *cardiaca*, *uterina* & *antiſcorbutica*. Datur ut cortices aurantiorum.

Fraxini ſunt fraxini excelſioris cortices craſſitici mediocris, ex cinereo viridicantes ſaporis acris amari cum adſtrictione. Ob ⊖ acre *diureticum* & *diaphoreticum* convenit in morbis chronicis.

Da-

Datur decoctum ab ℥iij ad iiij. Valet quoque ⊖ inde elixiviatum a ℈j ad ʒß ad *variolas & morbillos.*

Cortex Granatorum sunt fructuum mali punici cortices coriacei, duri, rugosi foris ex spadiceo luteo punicci, intus vero lucidi saporis amaricantis adstringentis austeri. *Adstringentes* sunt hi cortices interne & externe adhibiti.

Guajaci sunt Guajaci cortices tenues, duriusculi, lignosi ex pluribus lamellis congesti, ex cinereo rufescentes & nigricantes maculati, intus pallidi, nitidi, & quasi lævigati, saporis acris amaricantis, odoris fere nullius. *Sudorifici* sunt hi cortices, *diuretici*, & in morbis chronicis magnam merentur laudem.

Quercus sunt cortices crassi foris ex cinereo fusci, intus pallide rubentes, saporis adsttingentis. *Adstringentes* sunt hic ortices, *temperantes & traumatici.*

Tamarisci est tamaricis Germanicæ cortex cum corticibus fraxini conveniens.

VVinteranus est arboris Magellanicæ cortex crassus cannulatus, foris integumento cinereo fungoso inæquali fisso & multis rimis hiante, intus solidus densus, ad piperis & cochleariæ saporem accedens, odoris fragrantis. Potenter hic cordex *incidit & attenuat, & in scorbuto specificum est.* Datur in substantia a ʒß ad ʒj, in infuso ad ℥ij.

CAPUT III.

De

Lacrymis & succis.

PARS I.

De

Lacrymis.

Am-

Ambra liquida sunt lacrymæ arboris Mexicanæ liquorem resinosum, oleosum, pinguem crassiusculum constituentes therebintina dilutiorem coloris ex flavo rufescentis, saporis acris aromatici odoris styraci similis. *Styraci respondet*, & *externe* potius, quam interne *adhibetur ut therebintina.*

Gummi ammoniacum sunt lacrymæ ferulæ ammoniaciferæ ex variis densis, solidisque grumis modo flavescentibus, modo lacteis splendidis & nitidis in glebam coactis compositæ, quæ dum manibus tractantur lentore molliscunt, saporem habent acrem amaricantem viscosum, lentum & paululum nauseosum, odorem fragrantem gravem ad allium accedentem. Ratione ☉is volatilis ☽i ammoniacum *incidit discutit & aperit*, ratione resinæ autem *emollit & lenit*, & in largiore dosi datum *alvum solvit.* Datur in substantia ad ʒj sub forma *emulsionis, electuarii, boli*, vel *pilularum.*

Gummi anime sunt lacrymæ arboris Jetoibæ in occidentali & orientali India, forinsecus retorridæ albæ, subinde farina aspersæ, intus ex candido flavescentes, succino similes, & facile friabiles. Sponte nascitur gummi anime in insula Minæa unde olim tantum deferebatur, & anime dicebatur. Sapor in illo ab initio nullus deprehenditur, hinc pinguis resinosus, & odor tum accenditur fragrans, jucundus, & thuri similis. *Cephalicis* gummi anime annumeratur, *nervinis & antitatarrhalibus*, licet ob resinam minus solubilem raro interne usurpetur.

Arabicum constituunt lacrymæ arboris Ægyptiacæ Acaciæ dictæ in grumos variæ magnitudinis, & formæ condensatæ, foris in superficie granulatæ, pallide flavescentes aut albicantes, intus vitri instar pellucidæ, saporis aquei viscosi & lenti, odoris nullius. *Temperat* gummi Arabicum & *incrassat* lymphatham acrem & tenuem, & proinde *catarrhis & urinæ vitiis* dicatur.

Assa fœtida sunt lacrymæ ferulæ Persicæ ex variis splendenti-

bus grumis modo albeſcentibus, modo flaveſcentibus, modo elegantiſſime incarnatis in maſſam coactæ, ſaporis acris mordacis, lenti & nauſeoſi, odoris fragrantis allium redolentis. Ammoniaco & Galbano potentioreſt *in colica & hyſterica paſſione : ſudorifera* præterea eſt & *uterina* a 3ß ad 3j. data.

Gummi Benzoe eſt lacryma arboris Benzoiferæ reſinoſa arida & indurata, ex variis ſplendentibus micis modo flaveſcentibus modo albicantibus in unam maſſam coacta, ſaporis pinguis cum quadam dulcedine, odoris ſuavis. Reſpondet ſtyraci, & ob ſui mollitiem & blandam dulcedinem *pulmonibus dicatur.* Externe ex illo fiunt *linimenta, emplaſtra, balſama ſuffitus:* proſtant etiam *flores* & *tinctura* ſive eſſentiæ.

Bdellium ſunt lacrymæ arboris Americanæ ſpinoſæ, gummoſæ & reſinoſæ pingues ceræ inſtar tenaces glutinoſæ, coloris ex flavo ferruginei, ſaporis actis pinguis lenti amaricantis aromatici, & oderis fragrantis. Conſtat Bdellium ex ℈e volatili oleoſo, & *convenit cum ammoniaco* licet illi *non tanta* inſit *virtus cathartica.*

Camphora cujus variæ proſtant ſpecies. *Prima* eſt camphora noſtrarum officinarum chinenſis vulgo dicta cum ab his illa tantum olim ſit delata : & eſt ſubſtantia candidiſſima pinguis & oleoſa, vi ignis ex ligno arboris camphoriferæ japonenſis ſublimata, & in glebas ſaporis acris, amaricantis & aromatici, pinguis & lenti redacta, odorem ſpirantes fragrantem & gravem. *Secunda* ſpecies eſt quæ in inſula Zeylon ex cortice radicis cinamomi conficitur cum ▽ ♌ & camphora. *Tertia* ſpecies ex variis plantis Indiæ orientalis elicitur. *Quarta nativa* eſt in inſula Bornea ex arboris camphoriferæ trunco cæſo in exigua quantitate promanans. Camphora *ſudoriferum* remedium, & *anodynum univerſale* conſtituit a gr. v. ad VII. & x. exhibita.

Gum-

Gummi Caranna ſunt lacrymæ arboris Mexicanæ Caryna reſinoſæ concretæ, & laxæ. Dum caranna adhuc recens eſt tenax deprehenditur & picis inſtar ductilis ſed ſine agglutinatione vel colliquatione, inveterata dura fit ac friabilis. Colorem habet piceum, ſaporem viſcoſum amaricantem & odorem dum accenditur admodum fragrantem. Ob ſuaviſſimum odorem Caranna *nervina* eſt & *cephalica.*

Elemi conſtituunt lacrymæ arboris Indicæ pruniferæ reſinoſæ & pingues ex flavo albicantes, ad viridiuſculum inclinantes in maſſam coactæ. Elemi recens molleculum eſt, inveteratum durius. Sapor in illo deprehenditur reſinoſus & pinguis, odor fragrans & cum ſuavitate graviuſculcis. Uſus hujus gummi externus *nervinus* eſt: a quibusdam etiam commendatur pro *diuretico.*

Euphorbium conſtat ex lacrymis tithymali Mauritanici ſpinoſi & ſarmentoſi gummoſis & reſinoſis contretis in guttas ex pallido flaveſcentes, ſplendidas modo rotundas, modo oblongas, ramoſas & cavernoſas, ſaporis acerrimi exurentis nauſeoſi odoris milſus. *Fortiſſime purgat aquas hydropicorum tam per ſuperiora quam inferiora.* Datur in ſubſtantia a gr. v, vij ad x. Extractum a gr iij & in robuſtis ad v. vij.

Galbanum conſtituunt lacrymæ ferulæ Galbaniferæ Syriacæ gummoſæ & reſinoſæ, pingues, ceræ inſtar ductiles ammoniaco ſimiles, ex variis albentibus & ſplendentibus guttis in maſſam coactæ ſaporis ſubacris, amâricantis nauſeoſi, odoris fragrantis & gravis. *Earundem cum ammoniaco eſt virtutum, & carminativum* inſuper, & *uterinum* ut ammoniacum datum.

Guttæ conſtituunt lacrymæ ex ſauciata arbore pomifera Chinenſi loddampulli dicta manantes, quæ collectæ a facibus purgantur ſolutione in ▽ pluviali, & inſpiſſatione in maſſam uniformem flaveſcentem rediguntur ſaporis primum reſinoſi, hinc acris cauſtici, ex China ad nos delatæ. *Aquas hydro-*

picorum gummi guttæ tam per *ſuperiora*, *quam inferiora educit* a ℈ß ad ℈j propinatum in ſubſtantia cum anatica portione ♀ ℞ ati.

Gummi Ladanum ſunt lacrymæ cyſti ladaniferæ Creticæ reſinoſæ & gummoſæ, pingues, ex gryſeo & fuſco nigricantes, multis arenulis permixtæ, & inſpiras contortæ ſaporis amaricantis, & odoris dum accenditur fragrantiſſimi æque ac gratiſſimi. Principia hujus gummi activa ſunt ☉ in volatilia oleoſa cum multis partibus terreis, propter quas *conſtringit, fibras confortat & cephalicis annumeratur, & nervinis* datum a ℈j ad ℈ß in ♈ ſolutum.

Laccæ duplex eſt in ramulis nimirum & granis.

Laccæ in ramulis eſt ſubſtantia reſinoſa ſuperficie inæquali veluti granulata dura rufa pellucida, intus cavernoſa, elaborata a formicis alatis, & circa extimos arborum pingueſcentium ramulos congeſta, ſaporis reſinoſi & odoris dum accenditur fragrantis ♀ei quodammodo acidi, & ♌tibus noſtris grati.

Laccæ in granis ſunt lacrymæ arboris Indicæ Kapethia dictæ in grana reſinoſa parva dura pellucida, lapillis granatorum ſimilia abeuntes, ſaporis & odoris cum præcedente convenientis. Utrumque hoc gummi *blandum diuretium* eſt & *diaphoreticum*, & externe *ad dentium vitia adhibetur*. Datur ſolutum in ♈.

Manna ſunt lacrymæ orni & fraxini in Calabria, Sicilia, agris Romanis diebus canicularibus pertuberculæ corticis dehiſcentis profluentes, quæ pomeridianis horis a ☉e condenſantur, & in clybano ulterius exſiccantur. *Manna evacuat bilem per inferiora.* Pueris manna datur ad ℈j vel ij, gravidis ad ℈ß, & robaſtioribus ad ℥ iv. Vis *terminoſa corrigitur cinamomo; tarda* vero *exaltatur* ∈e ♀, *ſcammon.* &c.

Maſtiche conſtat ex lacrymis lentiſci chinenſis in grana modo oblonga modo rotunda abeuntes odoris quaſi obliterati, &

dum

dum accenduntur fragrantis. Grana maſtiches *ſtomachica* ſunt & *antiſcorbutica* a gr. iij. ad iv. data.

Gummi Myrrham conſtituunt lacrymæ arboris ſpinoſæ Bola dictæ ex flavo ferringineæ & nitentes, unguibus ſubinde pallidis permixtæ & in glebas compactæ. Huic arbori interdum adnatæ inveniuntur glebæ magnæ ſaporis ſubacris amari & aromatici, odoris fragrantis. *Myrrha ſtacte* eſt quæ ſua ſponte effluit. Specificam virtutem obtinet *reſiſtendi putredini*, *obſtructiones uteri reſerandi*, *lumbricos expellendi*, & *morbos malignos curandi* a ℈ß ad gr. xv. in pilulis exhibita.

Opponax ſunt lacrymæ ex radice Panacis Sphondylii collectæ & ex rufo & albo flaveſcentibus moleculis, quaſi ex grumis vel ſabulo craſſiori in maſſam redactæ ſaporis acris amari cantis, in grati quodammodo nauſeoſi, odoris fragrantis & gravis. Ad galbanum accedit & ob intenſam acredinem habet potentiorem *vim alvum movendi*, *ſerumque* & *pituitam educendi*. Externe *traumaticum eſt*, & *reſolvens*.

Sagapenum conſtituunt lacrymæ ferulæ Ægyptiacæ Sagapeniferæ in grumos foris ex rufo flaveſcentes, intus candidos concretæ ſaporis acris mordacis nauſeoſi, odoris viroſi, ſi recens fragrantis gravis. Conſtat *virtute laxandi cæteris majore* tum datur ad ʒiij, & *alterandi* ad ʒi exhibitum.

Sandaracha ſunt lacrymæ juniperi vulgaris fruticoſæ in guttas vel ſtrias modo rotundas modo oblongas maſtiche ſimiles concretæ pallide flaveſcentes & ſplendidæ ſaporis reſinoſi, & odoris dum accenduntur fragrantis & ſuavis. Cum *anime convenit & contra catarrhos* externe *præſcribitur*.

Sanguis Draconis ſunt lacrymæ arboris Mexicanæ Draco dictæ ex parvis quaſi grumis modo in panes ſeu offas coctæ, modo folliculis incluſæ coloris rubicundi, & ſaporis viſcoſi & adſtringentis. *Cum terreis virtute fluxus* quosvis *ſiſtente convenit*.

Scammonium ſunt lacrymæ ſcammoniæ Syriacæ vel in excavatam

vatam radicem depluentes vel etiam ex radice intaleolas scissa expressæ & in substantiam nigricantem inspissatæ. Dum hæc massa frangitur fulva & splendens deprehenditur cum sapore acri nauseoso, & odore viroso. Scammonium est *purgans catholicum & polychrestum* in omnibus morbis ubi purgatione opus est, in substantia & extracto a ℈ß ad gr. xv. robustioribus ad ℈j datum, in resina a gr. vij ad xv. in vitello ovor.

Gummi Sarcocolla sunt lacrymæ tithymali Persici spinosi sarcocolli seri in grumos vel sabulum concretæ ex albo rufescentes, spongiosæ lucentibus subinde micis permistæ levi concussu in pollinem abeuntes, saporis amaricantis cum obscura quadam dulcedine, & odoris dum accenditur ingrati. *Cathartica* est, *thoracica & traumatica*.

Styrax calamita sunt lacrymæ ex trunco arboris Styracis foliis mali cotonei in insulis Massilienſibus, & locis calidioribus promanantes, in grumos vel micas variæ magnitudinis ex flavo rufescentes abeuntes, saporis subacris lenti aromatici, odoris svavis.

Styrax liquida sunt lacrymæ ejusdem arboris liquorem resinosum terebinthina crassiorem & spissiorem constituentes coloris ex flavo ferruginei, saporis acris, aromatici oleosi, odoris fragrantis gravis. Convenit cum tacamahaca, *nervinaque* præterea est, *cephalica & uterina*.

Tacamahaca sunt lacrymæ arboris Mexicanæ Tacamahaca dictæ ex cinereo & ruto nigricantes, modo figura minori *modo in glebas coactæ, modo foliis tubuli in modum convolutis inclusæ*, saporis aromatici, resinosi, odoris fragrantissimi. Utrumque ob suavissimum odorem nervinum est, & cephalicum potentius, quam elemi ℞ N. mosch. expr. stimulatum.

Terebinthina triplex est *vulgaris, Veneta & Cypria*.

Vulgaris colligitur in Germania & Norvvegia ex truncis pi-

ni

ni & abietis junioribus ſauciatis: quæ dum ▽ lavatur donec limpida iterum poſſit decantari *depurata* dicitur.

- *Terebinthina Veneta* eſt reſina liquida collecta ex arbore laricis conſiſtentia mellis novi, coloris flaveſcentis ſaporis acris & amaricantis.
- *Terebinthina Cypria* eſt ſubſtantia tranſparens mollecula, reſina laricea craſſior, coloris flaveſcentis ad cæruleum vergentis collecta ex trunco arboris Terebinthini ad imam medullam facciato ſaporis acris amaricantis reſinoſi, odoris fragrantis & gravis. *Diuretica* Terebinthina eſt *pectoralis*, *traumatica* & *laxans* a ʒß ad ʒj lota cum vitello ovi data, vel in emulſione.
- *Thus* conſtituunt lacrymæ arboris ſpinoſæ Arabicæ thuriferæ in ſubſtantiam reſinoſam ex flavo palleſcentem & ſplendentem, aut guttas maſtiche ſimiles ſed majores concretæ & induratæ, ſaporis amaricantis reſinoſi & odoris fragrantis. Ratione figuræ eſt vel *Indicum*, quod eſt in glebis, vel *mammoſum*, quod eſt in guttis, vel *maſculum*, quod eſt in granis *Maſtiche fragrantius eſt & ſuavius, cæteroquin cum ipſo convenit.*
- *Tragacantha* ſunt lacrymæ radicis tragacanthæ, quæ in agris Maſſilienſibus copioſe alitur in ſubſtantiam gummoſam lucidam, albam, tenacem, levem & gracilem abeuntes, ſaporis ſubdulcis, & mucilaginoſi. Craſſiore mucagine conſtat quam gummi arabicum; ſed cum illo *virtutes obtinet easdem.*

PARS II.

De

Succis.

SUccus *Acaciæ* eſt ſuccus expreſſus ſiliquarum acaciæ Ægyptiacæ immaturatum expreſſus coctus & induratus, ſaporis acerbi auſteri

austeri adstringentis. Virtus hujus succi est *adstringens & incrassans* a ʒß ad ʒj in substantia dati.

Succus Aloes triplex est, *Aloe nimirum hepatica, Succotrina, & caballina.*

- *Aloe hepatica* est succus Aloes Asiaticæ gummosus & resinosus, fuscus foris intus flavescens hepatis instar, expressus ex foliis Aloes imo & plantis transversim versus radicem incisis exstillans in patinas ampliores, in ☉e concretus & condensatus saporis amarissimi, nauseosi pinguis, & adstringentis, odoris fragrantis Myrrhæ similis.
- *Aloe Succotrina* est Aloes Asiaticæ succus gummosus & resinosus ex fusco nigricans, ex foliis & planta resecta initio veris sua sponte in patinas ampliores exstillans, vel etiam expressus a ☉e condensatus & inspissatus saporis, & odoris cum hepatica ejusdem. Colligitur hic succus in insula Succotra, ubi a fæculentia separatur, quæ fæculentiæ caballinam constituunt: differuntque utræque plantæ ex quibus hepatica & Succotrina colligitur non nisi loco natali.
- *Aloe caballina* est Aloes Asiaticæ succus nigricans gummosus, prioribus ponderosior crassior & impurior expressus ex foliis dissectis, nec non ex Aloe in omnibus locis Indiæ orientalis maritimis paratus. Aloe hepatica videtur esse optima, vim *purgantem possidens egregiam, & traumaticam.*
- *Balsamum peruvianum* est liquor oleosus, tenax viscosus & balsamicus nigricans ex arboris Hoitzilokilt ramis, cortice, & ligno excoctus, vel etiam sponte ex arbore vulnerata profluens. *Potentius* est hoc balsamum *Terebinthina, & in specie confert in phtisi* in vitello ovi a gr. v. ad ʒß solutum, & exhibitum.
- *Peruvianum album* est liquor oleosus tenax limpidus, ex albo flavescens, terebinthina tenuior stillans ex eadem arbore saporis acriusculi quodammodo amari, odoris fragrantis & grati. Est *potentius nigro & in Diarrhœa & gonorrhœa* cum fructu

ctu adhibetur, ejusque oleum egregium est in obstructionibus uteri, tussi & asthmate.

Balsamum de copaiva est liquor balsamicus limpidus & subflavus, stillans ex trunco arboris Mexicanæ copaiba dictæ ad medullam usque vulnerato saporis acriusculi amaricantis aromatici, & odoris fragrantis. *Non differt a Peruviano*, & *in fluore albo*, & *gonorrhœa est specificum* a ℈ß ad ℈j exhibitum.

Opobalsamum est liquor balsamicus limpidus albicans, manans ex arbuscula Syriaca & Ægyptiaca balsamum dicta saporis acris aromatici, & odoris fragrantis. Copaivæ respondet illa tamen est subtilius & ☌tuosius.

Succus Elaterii est succus viridis & viscosus ex fructibus maturis cucumeris asinini sua sponte manans, aut inde & ex tota planta expressus, coctus & inspissatus coloris fusci, saporis amaricantis nauseosi & vinosi. Purgat supra & infra a gr. iij & v. ad ℈j succo limonum aut ☌ ℞ correctus.

Hypocistidis est succus plantæ spuriæ ex costi radice enascentis & hypocistis dictæ expressus, inspissatus & niger saporis austeri acidi adstringentis & in Insula Creta nascentis. *Adstringit*, *incrassat* & lenem vim *anodynam obtinet* datus a ʒß ad ʒj.

Glycyrrhizæ est succus ex radice glycyrrhizæ Germanicæ expressus, inspissatus & in glebas redactus, coloris nigricantis, saporis subacris & dulcis, odoris debilis cum radice conveniens.

Mel est liquor crassiusculus ex albo flavescens natus in variis vegetabilium floribus, & ab apibus inde collectus. Cum saccharo convenit, quo tamen est temperatius ☌tuosius & magis anodynum.

Opium est succus resinoso-gummosus, collectus ex papavere & in massam redactus saporis subacris amari, odoris gravis

viro si, narcotici, & stupefacientis in Ægypto circa Cairo & confines tractus collectus, aut in insulis Bengalensibus. Prius est Thebaicum, & posterius dicitur Indicum. Opium universale remedium est in *omnibus morbis ubi somno opus est*, & *dolores urgent* a gr. j. ad iij, in assuetis ad ℈j. ʒß & ultra assumtum.

- - *Saccharum* est succus cannæ sacchariferæ Indicæ expressus, coctus, & inspissatus. *Temperans* est, *diureticum, pectorale, traumaticum* & *ophtalmicum*. Huc pertinet etiam *Catechu*, & *Tartarus*.
- - *Catechu* est succus ex fructibus immaturis Arecæ & corticibus arboris Indicæ Catschu in unam massam ☵e mediante redactus saporis adstringentis & austeri, postmodum dulcis & grati, odoris nullius aut debilis. Adstringens est, & abstergens, nec non traumaticum & pectorale.
- - *Tartarus* est substantia sabulosa indurata rufo cinerea, aut ex rufo candicans interjectis micis quibusdam ☉inis nata ex vini recentis particulis terrestribus fermentationis ope ♄tatis, saporis subacris acidi & nauseosi, odoris nullius. *Virtutem incidentem* possidet, *diureticam & alvum laxandi, abstructiones que reserandi*. Datur cremor a ℈j ad ʒj imo ʒiiij, & ♀Ⓐatus a ℈j ad ʒß.

CAPUT IV.

De

Foliis & herbis.

PARS I.

De

Herbis vulgaribus.

Herba

Herba Acetosa est planta flore imperfecto stamineo gerens semina nuda post singulum floseulum singula triquetra calyci florum tripartito ac conniventi inclusa. *In febribus malignis & peste* commodum præbent remedium. Ejus folia *morsum canis rabidi* curare dicuntur.

Acetosella est planta flore perfecto monopetalo regulari in quinque lacinias diviso. Fructus ejus membranaceus lucernæ quodammodo similis in quinque capsulas dividitur, quarum quælibet extrinsecus fissura quadam a basi usque ad summitatem ejus protensa aperitur. In qualibet capsula semina continentur singula singulis mitris inclusa, quæ sua contractione faciunt, ut quælibet capsula vi rumpatur & semina lonc a capsula prosiliant. *Cum acetosa vires habet easdem.*

Anagallis est planta flore monopetalo regulari quinque laciniato in singulis foliorum alis singulo proveniente fundum habente patulum, semina gerens plura rugosa angulosa subfusca pericarpio membranaceo rotundo per maturitatem horizontaliter rumpenti inclusa, Est specificium in *mania & melancholia*, succus expressus naribus inditus in *raucedine convenire creditur.*

Anethum plantis annumeratur, quæ sunt flore perfecto in umbellam congesto semina gerentibus compressa minora. Propter *vim carminativam* additur clysteribus in colica: externe sedat *dolorem capitis* fronti impositum.

Apium est planta flore perfecto pentapetalo in umbellam congesto semina gerens post singulos flores bina nuda striata minora. Mundificat *vulnera*, valetque plurimum ad morbos ex quadam *exulceratione* ortos curandos.

Aristolochia ad plantas flore monopetalo irregulari pertinet, flores gerens semifistulares, & capsulam in sex loculamenta divisam polyspermam. Ad *ulcera mundificanda* adhibetur.

Herba Aſarum eſt planta florem gerens perfectum monopetalum regularem in tria ſegmenta in ore diviſum, & vaſculum ſeminale in ſex loculamenta intus diviſum, totidem radiis inſummo papaveris inſtar ornatum, & ſemina continens uvarum acinis ſimilia. Eſt *emeticum* ad ʒj datum, & ſunt qui *fœtum mortuum* illo *expellere* conantur.

Baſilicum pertinet ad plantas, quæ flore ſunt irregulari monopetalo barbato & galeato ſimul barba ſimplici, galea quadripartita & ſemina ferunt nuda quaterna lævia. Eſt *alexipharmacum* & *antiphtiſicum*.

Beta alba eſt planta flore perfecto monopetalo in quinque lacinias diviſo, ſemina gerens ad ſingulum florem utplurimum bina quodammodo anguloſa, pericarpio diuriori aſpero, verrucoſo tribus utplurimum loculamentis diviſo incluſa. Convenit in *dolore capitis & catarrhis* ſi ſuccus expreſſus naribus intrudatur.

Borrago gerit flores perfectos monopetalos regulares quinque lacciniis diviſos & ſemina nuda quaterna rugoſa. Eſt cordiale & vires reſtaurans.

Branca urſina eſt planta flores gerens perfectos ſimplices pentapetalos in umbellam congeſtos, & ſemina nuda poſt ſingulum florem bina compreſſa ſubrotunda membranacea albicantia. *Diſcutit & dolores lenit.*

Bryonia flores gerit perfectos monopetalos regulares quinque fariam diviſos, & ſemina plura baccis rotundis incluſa. Valet contra *cachexiam & hydropem:* adhibetur etiam ad fœtum & menſes pellendos.

Bugloſſa ejusdem cum Borragine eſt generis, viresque habet easdem.

Calendula eſt planta flore compoſito ex regularibus & irregularibus ſimul, explanifoliis, qui radium, & tubuloſis brevioribus quinque fariam diviſis, qui diſcum formant, ſemi-

na gerens duplicis figuræ. Ad medicamenta *menſes moventia & alexipharmaca* refertur.

Cardiaca plantis jungitur, quæ ſunt flore monopetalo irregulari barbato & galeato ſimul, barba tripartita galea integra, & ſemina gerunt nuda quaterna, lævia. In *hypochondriorum* inflatione adhiberi ſolet.

Cherefolium flores gerit pentapetalos in umbellam congeſtos, & ſemina nuda ad ſingulum floſculum bina roſtrata oblonga. Magni nominis eſt in hydrope & calculo *propter virtutem diureticam inſignem.*

Chamomilla eſt planta flores gerens compoſitos ex regularibus & irregularibus diſco radiato, & ſemina plura nuda ſolida non pappoſa. *Diſcutit flatus* in colica, & valet plurimum ad *inflammationes tollendas.*

Chelidonium majus flores gerit perfectos tetrapetalos regulares, & ſemina plura ſplendentia ſubrotunda pericarpio membranaceo ſiliquoſo ſimplici incluſa per maturitatem in duas partes dehiſcente. Adhibetur in *oculorum morbis & hepatis affectibus.*

Cichorium flores gerit compoſitos ex floſculis planifoliis & ſemina plura nuda recurva minus pappoſa. Eſt *hepaticum* frigidum.

Cicuta flores gerit perfectos pentapetalos in umbella diſpoſitos, & ſemina nuda ad ſingulum florem bina ſtriata minora tumidiuſcula. Frequentiſſime externe adhibetur in obſtructione, & *morbis lienis.*

Conſolida major. Vid: *Symphytum majus.*

Cynogloſſum eſt herba flore perfecto monopetalo quinquefariam in margine diviſo, ſemina gerens nuda ad ſingulum florem quaterna lappacea. Eſt *narcoticum* & *anodynum.*

Cyparifſus hortulana flores gerit ſtamineos ſemina plura ſubrufa, longuiſcula altera parte rotunda, altera acuminata in

conorum rimis latitantia. *Adſtringit* & in dyſenteria adhibetur.

Herba Dictamnus albus flores gerit pentapetalos inſpicam digeſtos, ſemina plura ſubrotunda nigra ſplendentia hilo albo notata pericarpio membranaceo incluſa. Eſt *alexipharmacum & anthelminticum.*

Ebulus eſt planta flores gerens monopetalos in quinque lacinias diviſos ac umbellatim congeſtos, & ſemina ſolitaria pericarpio ſuccoſo incluſa. Eſt *laudatiſſimum diaphoreticum.*

Endivia flores gerit compoſitos ex floſculis planifoliis & ſemina nuda non pappoſa. In *febribus ardentibus* laudatur pro ſedando æſtu & calore.

Filipendula eſt planta flore perfecto hexapetalo regulari, ſemina gerens nuda ad ſingulum florem plura compreſſa in capitulum congeſta. Eſt *alexipharmacum, diureticum, & vulnerarium.*

Filix dorſifera eſt & facile primum locum occupat inter *aperitiva & anthelmintica.*

Fragaria eſt planta flore perfecto pentapetalo regulari ſemina gerens plura minora baccæ exterius adnata. Eſt *diureticum, & nephriticum.*

Galega jungitur plantis quæ flore ſunt irregulari tetrapetalo, & ſemina ferunt oblonga in ſiliqua longiuſcula, acin æquali contenta. Eſt *alexipharmacum egregium* in febribus malignis, & vulneribus venenatis cum fructu adhibendum.

Gallium eſt planta flores gerens monopetalos regulares quadrifariam diviſos plures ſimul confertos, & ſemina ad ſingulum floſculum bina rotunda. In *calculo* commendatur.

Hepatica nobilis eſt planta flore polypetalo regulari ſemina gerens plura nuda. Convenit in *obſtructione hepatis.*

Hepatica ſtellata eſt planta flore monopetalo regulari quinquefariam diviſo, ſemina gerens nuda rotunda ad ſingulum flo-

florem bina juncta. Vulgus illa plus utitur quam medici. Suaviſſimum infuſum præbet Maji tempore.

Herba Herniaria Floſculos gerit imperfectos ſtamineos ad genicula cauliculorum plures ſimul junctos, & ſemina ſolitaria ſplendentia, nigra, minuta pericarpio membranaceo quod per maturitatem horyzontaliter rumpitur incluſa. Valet in *hernia & calculo renum* teſte Poterio.

- *Hyoſciamus* flores gerit perfectos regulares monopetalos quinquefariam diviſos, & ſemina plura minuta pericarpio membranaceo bicapſulari ſubrotundo & operculo peculiari tecto incluſa. *Stupefacit, & ſomnum inducit.*
- *Lactuca* flores gerit perfectos compoſitos ex planifloſculis tantum, & ſemina nuda latiuſcula minora compreſſa ſub pappo deliteſcentia. *Refrigerat* infebribus, *acrimoniamque humorum enervat.*
- *Leviſticum* eſt planta flore perfecto pentapetalo umbellatim digeſto, ſemina gerens nuda ad ſingulum florem bina ſtriata majora. Eſt *carminativum* in affectibus uterinis & flatulentis celebre.
- *Linaria* jungitur plantis quæ flore ſunt monopetalo irregulari clauſo & labiato, ſeminibus pericarpio membranaceo bicapſulari incluſis. Ex hac paratur celebre illud unguentum proficuum *in dolore Hæmorrhoidum*, & Eſulæ valde ſimilis eſt.
- *Lingua cervina* ad plantas pertinet, quæ florem & ſemina gerunt in averſa foliorum parte, & a botanicis dorſiferæ dicuntur. *Lieni* ſuccurrit præſertim *in ſcorbuto.*
- *Lotus urbana* jungitur plantis quæ ſunt flore tetrapetalo irregulari, & ſemina gerunt rotunda inſiliqua anguſtiore cylindracea.
- *Marum verum* pertinet ad plantas quæ flore ſunt monopetalo irregulari barbato & galeato ſimul, barba tripartita galea

lea diviſa, ſeminibus nudis quaternis lævibus. Eſt *hepaticum* egregium.

Herba *Marrubium album* pertinet ad plantas, quæ florem gerunt monopetalum irregularem babatum & galeatum ſimul, barba quadripartita & galea profundius in duas acuminatas laciniias diviſa, & ſemina ad ſingulum florem nuda quaterna in perianthio aperto latitantia. *Incidit & attenuat humores viſcidos & pituitoſos*, qui cauſantur obſtructionem hepatis, menſium ſuppreſſionem, & reſpirationem difficilem.

- *Mercurialis* eſt planta perfecto monopetalo regulari trifariam diviſo, ſemina gerens ſubrotunda pericarpio quodammodo aſpero incluſa binatim ut plurimum juncta. *Laxat* alvum & humectat, hancque ob cauſam frequentiſſime miſcetur clyſteribus.

- *Millefolium* eſt planta floribus compoſitis ex diſco & radio in umbellam digeſtis, quorum ſinguli ſingulo inſident ſemini nudo ſolido non pappoſo. Millefolium eſt egregium *vulnerarium* & *alexipharmacum*.

- *Morſus diaboli ſeu ſucciſa* eſt planta flore compoſito ex irregularibus tantum, quorum ſinguli ſingulo inſident ſemini nudo ſolido in capitulum congeſto. *Antiſcorbuticum eſt, & aperitivum* remedium.

- *Nummularia* flores gerit perfectos monopetalos regulares quinquefariam diviſos ex foliorum alis prodeuntes, & ſemina plura minuta pericarpio membranaceo ſubrotundo unicapſulari incluſa. Non præſcribitur niſi in infuſis traumaticis.

- *Periclymenum* pertinet ad plantas, quæ flore ſunt irregulari monopetalo, & ſemina gerunt baccis incluſa. *Adſtringit* in partibus oris relaxatis uvula gingiva, dentibus, & dari etiam poteſt *in Hæmoptyſi*.

Her-

Herba Petroſelinum gerit flores perfectos pentapetalos in umbellam congeſtos, & ſemina nuda ad ſingulum florem bina ſtriata minora. Petroſelinum eſt egregium *diureticum.*

Polium montanum. Flores gerit perfectos monopetalos barbatos & galeatos, nec non ſemina nuda ad ſingulum florem quaterna fuſca, ſubrotunda, rugoſa in perianthio aperto latitantia. *Cephalicum eſt & uterinum.*

Potentilla ſeu *Anſerina* flores gerit perfectos ſimplices pentapetalos regulares, & ſemina ad ſingulum florem plura nuda ſublutea, papaveri ſimilia. *Adſtringit* in dyſenteria adhibita, & plantis pedum cum fermento impoſita calorem *febrilem mutat.*

Primula veris eſt planta flore monopetalo regulari e tubulo oblongo in quinque lacinias expanſo, ſemina gerens plura minuta pericarpio membranaceo unicapſulari oblongiuſculo ineluſa. Egregium eſt *nervinum & anthelminticum.*

Prunella ad plantas referenda eſt, quæ flore ſunt irregulari monopetalo barbato, & galeato ſimul barba tripartita galea integra, ſeminibus nudis quaternis lævibus. *Adſtringit* in relaxatione uvulæ, in angina, vulneribus & ulceribus.

Raphanus flores gerit perfectos tetrapetalos irregulares ſemina inæqualiter rotunda pericarpio ſiliquoſo & fungoſo incluſa. Convenit in cruditate ventriculi acida & ſcorbuto.

Sabina eſt planta flore imperfecto ſtamineo ſemina gerens in conis ſubrotundis baccis ſimilibus. Recens quovis modo adhibita *menſes & fœtum expellit*, & propter vim *digerendi* convenit Eryſipelati, & tumoribus œdematoſis.

Sambucus flores gerit perfectos monopetalos in umbellam congeſtos, & ſemina terna baccis in latiores racemos congeſtis ineluſa. Juli tempore vernali collecti ſupra & infra *humores ſeroſos evacuant*: porro etiam egregium exiſtit *diaphoreticum.*

Herba Saxifraga flores gerit perfectos pentapetalos regulares, & ſemina pericarpio membranaceo bicapſulari bicorni incluſa. Eſt *vulnerarium* non contemnendum, præſcribitur etiam in affectibus renum & veſicæ ubi *urina ſupprimitur*.

- - *Scabioſa* eſt planta flore compoſito ex plurimis floſculis monopetalis quinque fariam ſed in æqualiter diviſis, quorum ſinguli ſingulo inſident calyculo, & ſemina gerit nuda in capitulum congeſta ſingula membranaceo umbilico criſtata. Scabioſa *vulneraria* eſt, *promovens partum*, egregiam exſerens *virtutem pectoralem*, & *alexipharmacam*.

- - *Sempervivum* flores fert polypetalos regulares, quorum plures ſerie quadam ſuccedunt in ſurculis reflexis ſummitati caulium inſidentes, nec non ſemina minutiſſima pericarpio membranaceo multicapſulari in plura cornicula ſeu ſiliquas diviſo incluſa. Sempervivum *bilem ſedat effervescentem, ſitim, ſuccusque linguæ* illitus ejus tollit *ariditatem*.

- - *Senecio* eſt planta florem gerens perfectum compoſitum ex floribus monopetalis irregularibus & ſemina nuda pappoſa. *Adſtringit* Senecio, & in gingivarum putredine, & oris ſcorbuto adhibetur.

- - *Solanum* eſt planta flore perfecto monopetalo regulari quinquefariam diviſo, ſemina gerens plura compreſſa ſeu orbiculata pericarpio ſuccoſo ſeu baccæ incluſa. *Emolliens eſt anodynum & narcoticum*.

- - *Soldanella* florem habet monopetalum margine fimbriato, & fundo perforato cum capſula cylindriaca polyſperma. *Alvum laxat* hæc planta egregrie.

- - *Stæchas citrina* flores gerit compoſitos ex monopetalis regularibus, florum petalis exſuccis & aridioribus, nec non ſemina nuda pappoſa. Externe in ſuffimigio curat *catarrhos*, Eryſipelas, Arthritidem vagam &c. interne autem *fugat lumbricos*.

Her-

Herba Taraxacum eſt herba flore compoſito ex irregularibus tantum ſemina gerens nuda pappoſa poſt ſingulum florem ſingula in caule nudo non ramoſo. Adhibetur intuſſi, reſpiratione difficili, febre tertiana intermittente *incidendi & aperiendi fine.*

- *Vitis* flores gerit pentapetalos regulares & capſulas ſimplices baccíferas racematim dependentes. Vitis folia *adſtringunt* in Dyſenteria.

- *Vrtica mortua* jungitur plantis, quæ flore ſunt irregulari monopetalo barbato & galeato ſimul, barba quadripartita & galea integra, ſeminaque gerunt nuda quaterna lævia. Habetur pro ſpecifico in Hydrope.

PARS II.

De

Herbis rarioribus.

HErba *Abrotanum mas* eſt herba flore perfecto compoſito ex plurimis floſculis tubuloſis in ſummitate quinquefariam diviſis, quorum ſinguli ſingulo inſident ſemini minori, oblongiuſculo, nudo, pappo carenti. Hujus acredo aromatica graveolens indicat *vim uterinam*, fragrantia vero camphorata *ſudoriferam in malignis*, ob amaritiem *vermes expellit.* Externe laudatur ad *alopeciam*, junctumque cum floribus chamomillæ & ſeminibus calidis *vim acquirit anodynam & uterinam.*

- *Abſynthium* modo florendi cum præcendente convenit, & ad illud tanquam ſpecies pertinet: nec ambo ob folia & amarorem generice diſtingui poſſunt. Ob ☉ volatile ☽ſum multis fixis ſociatum *ſtomachicum* eſt, *antihydropicum*, *antifebrile*, *anticolicum*, *antihyſtericum*, *anthelminticum*, & ob nimiam graveolentiam *ſomnum inducit.*

Herba Agrimonia eſt herba flore perfecto pentapetalo regulari, ſeminibus binis ad ſingulum florem pericarpio membranaceo aſpero incluſis, foliis pinnatis alternis in ambitu ſerratis. Ob blanda ſua ☿ia fixa & volatilia *deobſtruens* eſt in morbis chronicis, *diureticum*, & *traumaticum.*

- - *Artemiſia* eſt planta flore perfecto compoſito ex regularibus tantum minimis tubuloſis brevioribus inſummitate quinquefidis, quorum ſinguli ſingulo inſident ſemini minori nudo pappo deſtituto, foliis diſſectis prona parte atro virentibus, ſubtus incannis. Artemiſia flores producit erectos abſinthium autem dependentes ſeu nutantes. *Virtutibus uterinis* artemiſia remiſſior eſt, quam matricaria. Carbo ad radicem reperrus neque praductum radicis eſt, neque antepilepticus ut vulgo creditur.

- - *Betonica* eſt planta flore perfecto monopetalo irregulari barbâto & galeato ſimul, barba tripartita galea integra, gerens ſemina nuda quaterna lævia, foliaque quodammodo rugoſa & in ambitu crenata. Ob ſubtilem ſuam asrimoniam in qua paucum alcali latitat *diureticum & vulnerarium* eſt præcipue in *vulneribus & affectibus capitis.*

- - *Burſa paſtoris* eſt planta flore perfecto tetrapetalo regulari ſemina gerens minuta in pericarpio membranaceo duplici cordiformi cum ſepto intermedio, foliis humi procumbentibus in circulum digeſtis. Tam intra, quam extra pro *adſtringente & vulnerario* adhibetur; convenit quoque *in ſputo ſanguinis, hæmorrhagiis* quibusvis, & *pollutionibus nocturnis.*

- - *Calamintha vulgaris* eſt planta flore perfecto monopetalo irregulari barbato galeato, barba tripartita galea diviſa ſubſequentibus ſeminibus nudis quaternis, foliis ex oppoſito binis. Cum mentha conſpirat, ſed *inflatibus diſſipandis & menſibus ciendis* potens eſt, adeo ut & fœtum excludere dicatur. In *artuum doloribus, & orthopnœa* appropriatum eſt medica-

men-

mentum. Externe pubi ad *inflammationem uteri*, ut & capiti ad *vertiginem*, & ventriculo *ad vomitum* applicatur.

Herba Carduusbenedictus est planta flore perfecto composito ex irregularibus tantum in perianthio constitutis capitato squamoso, & foliorum spinosorum circulo obvallato, semina gerens nuda pappo quidem destituta illi tamen intermixta. *Virtute antifebrili* convenit cum centaurio minori, illo tamen mitior est. *Sanguinem* præterea *solvit coagulatum*, & propterea *in pleuritide convenit.*

Centaurium minus, cujus notæ sunt flores in summis caulibus & ramis plurimi, simul quasi in umbella juncti, & in lacinias quinque acutas divisi cum capsulis cylindriacis ac bifidis semina plura pusilla induabus concamerationibus includentibus. Ob intensam acredinem & amaritiem in qua ⊖ fixum latet *potentissime deobstruit, & acida destruit:* unde *in obstructionibus chronicis, & febribus intermittentibus* primum locum obtinet, *aperit* quoque *hæmorrhoides suppressas, & menses promovet.* Extra *ulceribus* applicatum illa *mundat & consolidat.*

Chamadrys annumeratur plantis quæ sunt flore monopetalo irregulari barbato tantum, & semina gerunt nuda quaterna lævia, foliis in ambitu profundius divisis seu incisis. Convenit cum Chamæpithi at siccior est, & validior in acidis infringendis, hancque ob causam a nonnullis *in quartana & mensium remora laudatur.*

Chamæpithys a RIVINO accensetur plantis quæ flore sunt irregulari monopetalo barbato & galeato simul barba quadripartita, galea divisa, seminibus quaternis lævibus. Ob resinosum seu piceum illud, quod tam ex sapore, quam odore percipitur *anodyna & nervina* est, & *in doloribus arthriticis & Ischiaticis* specifica. In specie in *Asthmate* laudatur *convulsivo, mictucruento* & *catarrhis.*

Herba Cochlearia eſt planta flore perfecto tetrapetalo regulari, ſemina gerens globoſa minora pericarpio membranaceo rotundo & tumido bicapſulari incluſa cum ſepto intermedio duplicem eorundem ſeriem diſterminante. Cum *armoracia & cortice VVinterano* virtutes poſſidet easdem: Illis tamen adhuc eſt *potentior, & penetrantior* ut ejus acredo *paſſulis* etiam temperanda ſit, *lacte & ſero lactis*. Optime cum *acetoſa* conjungitur, & ſic *egregium erit remedium antiſcorbuticum*.

Cuſcuta eſt planta flore perfecto monopetalo regulari unicapſularis & tetraſpermos. Nota hæc planta eſt ob *vim reſerandi obſtructiones* præcipue *in ſcorbuto* & *hydrope*: in ſpecie vero laudatur *in bile viſcoſa* incidenda.

Eryſimum eſt planta flore perfecto regulari tetrapetalo, ſemina gerens minora, ſubrotunda in pericarpio membranaceo bivalvi cum ſepto intermedio. *Convenit in tuſſi* pro incidenda mucagine, nec non *in raucedine* ex lympha acida viſcida in faucibus hærente.

Eupatorium eſt planta flore perfecto compoſito ex regularibus tubuloſis in ſummitate quinquefariam diviſis, quorum ſinguli ſingulo inſident ſemini nudo oblongo ſub pappo deliteſcente. Salia aromatica eupatorium obtinet cæteris rigidiora: indeque convenit *in obſtructionibus & morbis chronicis a craſſa terreſtri acida viſcoſa materia ortis*.

Euphraſia pertinet ad plantas quæ flore ſunt monopetalo irregulari patulo, & quatuor laciniis diviſo, ſeminibus pericarpio membranaceo bicapſulari incluſis. Ob ⊖ tenue blandum acidas ſordes abſtergens *oculis, illorumque inflammationibus dicata eſt*.

Fumaria eſt herba flore dipetalo irregulari floris labio ſuperiori & inferiori integro monoſpermos. Salibus quodammodo ſubtilioribus & penetrantioribus gaudet, quam centaurium & carduus benedictus, & propterea *ſangui-*

nis

nis acidam dyſcraſiam corrigendo in morbis chronicis, *malo hypochondriaco, ſcorbuto, ſcabie* & *quartana* ſingularis eſt efficaciæ.

Folia Gratiolæ. Gratiola jungitur a Rivino plantis flore monopetalo irregulari patulo quinque laciniis diviſo, ſeminibus minutis pericarpio membranaceo bicapſulari incluſis. *Aquas hypochondriacorum & hydropicorum fortiter tam per ſuperiora, quam inferiora educit, & in enecandis & expellendis vermibus efficaciſſima eſt.* Corrigitur Zinzibere, mac. cinam., ſpecificatur in malo hypochondiaco cochlearia. Datur pulvis ad ℈ij, infuſum ad ʒij, ſuccus inſpiſſatus ad ʒj & aliquando ad ʒj ß. optimum eſt extractum cum ☿ factum a ℈j ad ʒß, conſerva foliorum ad ʒij.

Hedera terreſtris a RIVINO refertur ad plantas flore irregulari monopetalo galeato & barbato ſimul, galea diviſa & barba quadripartita, ſeminibus nudis lævibus quaternis. Symboliſat cum Veronica eam tamen ob ☉ia temperata, quibus & nonnulla volatilia ſunt admixta, & *ratione virtutis antiphtiſicæ* ſuperat.

Horminum juxta RIVINI mentem pertinet ad plantas, quæ ſunt flore irregulari monopetalo barbato galeato ſimul barba tripartita galea integra ſeminibus nudis lævibus quaternis. *In colica & paſſione Hyſterica, ut & fluxu alho mulierum, & ♀e ſtimulanda* ſingulariter prodeſt ut meliſſa datum.

Hypericum eſt planta flore perfecto pentapetalo gerens ſemina plura minuta oblongiuſcula teretia ſubfuſca pericarpio membranaceo tricapſulari incluſa. Hujus virtutes videantur ſub ſemine Hyperici.

Hyſſopus quoad RIVININAM methodum pertinet ad plantas quæ flore ſunt irregulari monopetalo barbato & galeato ſimul, barba quadripartile galea diviſa, gerentes ſemina poſt

ſin-

ſingulum florem nuda quaterna in perianthio aperto latitantia. *Ob vim aromaticam temperatiorem pectori dicatur, tuſſique & Pleuritidi medetur.* Datur *decoctum, infuſum, Syrupus* ▽ *deſtillata.*

Herba *Majorana* quoad RIVINIANAM methodum pertinet ad plantas, quæ flore ſunt irregulari monopetalo barbato & galeato ſimul barba tripartita galea diviſa, & ſemina gerunt nuda lævia quaterna. Mitioreſt *origano*, & *ſpecifica in catarrhis, obſtructionibus, doloribus capitis, vertigine & morbis ſoporoſis.*

Malva eſt planta flore perfecto monopetalo regulari quinquefariam diviſo gerens ſemina reniformia ad ſingulum florem plura in circulum arcte coagmentata, ſingula pericarpio membranaceo obducta. Malva convenit cum althæa illa tamen eſt debilior.

Matricaria eſt planta flore perfecto compoſito ex regularibus & irregularibus ſimul diſcum formantibus radiatum. Diſcum conſtituunt plurimi floſculi tubuloſi in ſummitate quinquifidi & radium plurimi planifolii. Poſt ſingulos flores ſequuntur ſemina ſingula minora nuda ſolida oblongiuſcula absque pappo in perianthio deliteſcentia. *Uterina* eſt matricaria & *anodyna*, ſuccusque in majori doſi exhibitus *alvum ſubducit.*

Meliſſa jungitur plantis, quæ flore ſunt irregulari monopetalo barbato & galeato ſimul, barba tripartita, galea diviſa, & ſemina gerunt quaterna nuda lævia. Ob ☉ia ſua aromatica valde ſpirituoſa analogiam quandam cum ☽tibus noſtris habentia ſummum *cardiacum* eſt & *analepticum.* Hinc *in ſubitanea virium proſtratione & amiſſa memoria, & in palpitatione cordis* ſpecificum eſt. Commendatur etiam ad *epilepſiam, maniam, & ſterilitatem.*

Mentha eſt planta flore monopetalo irregulari barbato & galeato ſimul, barba tripartita galea diviſa, ſeminaque gerunt lævia.

via, nuda, quaterna. Hujus ☉ aromaticum *ventriculum ejusque fermentum auget & confortat* ut ſpecifica audiat *in cholera, vomitu, colica anorexia, ſingultu & vertigine. Uterina* præterea eſt, *& confortans, in decocto, conſerv. infuſ.* △ ☊ ♁ *Elix.*

Herba Naſturtium eſt planta flore perfecto ſimplici tetrapetalo regulari, ſemina gerens in pericarpio membranaceo ſiliquoſo breviſſimo cum ſepto intermedio. Virtute *antiſcorbutica* naſturtium remiſſius eſt cochlearia, cæterum potenter *pellit urinam*, & in *verme pericardii pellendo* ſingularem habere dicitur virtutem.

- *Nepeta* refertur ad plantas quæ flore ſunt irregulari monopetalo barbato & galento ſimul, barba tripartita galea diviſa & ſemina gerunt lævia nuda quaterna. Nepeta in *uteri affectibus, in menſium & lochiorum remora* tam interne, quam externe ſpecifice uſurpatur. Ingreditur etiam *balnea uterina & nervina.*
- *Nicotiana* eſt planta flore perfecto monopetalo regulari in quinque lacinias diviſo, ſemina gerens plura ſubfuſca minora pericarpio membranaceo oblongo bicapſulari incluſa. Hujus vis potenter incidendi aperiendi, & reſolvendi, ut & *purgandi aquas tam ſupra quam infra* conſiſtit in ☉e tam fixo quam volatili, vis ſomnum *inducendi & ſtuporem, dolorem mulcendi* conſiſtit in pinguedine ſeu glutinoſitate volatili.
- *Origanum* eſt planta flore monopetalo irregulari barbato & galeato barba trifida galea diviſa, pluribus e capitulis ſquamoſis prodeuntibus ac in verticillos congeſtis ſemina gerens, lævia nuda quaterna. Origanum *Creticum & Hiſpanicum* inter plantas ☉e aromatico ♁oſo volatili conſtantes penetrantiſſimum eſt, & ſpirituoſiſſimum, & propterea *in obſtructione contumaciſſima, in morbis catarrhoſis & hyſtericis ſpecificum.*

Herba parietaria flores producit perfectos monopetalos regulares in diverſas lacinias diviſos,& ſemina pericarpio membranaceo quadrifido incluſa ſplendentia, oblonga, ad ſingulum florem ſingula. Ob ☉oſum ſuum ☊ *fæces emollit & promovet, urinam ducit* ejusque *ardorem temperat.*

- - *Perſicaria* plantis annumeratur flore perfecto monopetalo in varias lacinias diviſo, ſemina gerentibus nuda ſolitaria ſubrotunda compreſſa & cordiformia in perianthio latitantia. Perſicaria *ob* ☊ *volatile penetrans, aperiens, & reſolvens* ſumme commendatur *in obſtructione hypochondriorum, meſenterii, & aliorum viſcerum*,& ob nimiam acrimoniam *temperatur paſſulis.*

- - *Pimpinella* eſt planta flore pentapetalo regulari,ſemina gerens parva oblonga ſtriata triangulata pericarpio membranoſo rugoſo quadrato incluſa. *Cum hedera terreſtri, Veronica, agrimonia vires habet easdem,& ſingulare quid obtinet in dyſenteria, & ſanguine purgando.*

- - *Polygonum* refertur ad plantas flore monopetalo regulari in quinque lacinias diviſo, ſeminibus triquetris ſolitariis. Polygonum præter *virtutem vulnerariam*, habet quoque ſpecificam *in hæmoptyſi & quavis hæmorrhagia.* Externe *applicatur carpis manuum ad æſtum febrilem ſedandum.*

- - *Pulegium* pertinet ad plantas quæ ſunt flore irregulari monopetalo barbato & galeato ſimul, barba tripartita galea diviſa,& ſemina gerunt nuda lævia quaterna. *Menthæ vel calaminthæ* pulegium eſt *analogum*, at præſtantius *in tuſſi clamoſa*, & in *menſibus & lochiis pellendis* nulli ſecundum.

- - *Pyrola* flores gerit perfectos pentapetalos regulares ſemina plura minutiſſima capitulo anguloſo incluſa. Pyrola *virtute vulneraria*, quæ ſola de hujus foliis innotuit cæteris omnibus congeneribus præfertur.

- - *Rosmarinus* a Rivino annumeratur plantis quæ flore ſunt irregulari monopetalo barbato & galeato ſimul,barba tripartita

tita galea diviſa, & ſemina gerunt lævia nuda quaterna. Rosmarinus præter vires *analepticas* valet etiam in *uteri, capitis, & nervorum obſtructionibus*, ut & *in colica, fluore albo & memoriæ debilitate.*

Herba Rutæ. Ruta eſt planta flore perfecto tetrapetalo regulari, ſemina gerens pericarpio membranaceo duriuſculo quadricapſulari incluſa nigricantia triangulata atque recurva. Ruta vim aromaticam penetrantem & ☊-tuoſam obtinet cui & ☉ia fixa ſunt aſſociata: unde in *morbis chronicis acutis & malignis* indubitatum promittit effectum. Vis imagis concentrata *in capſulis ſeminalibus conſiſtit.*

Salvia pertinet ad plantas, quæ flore ſunt irregulari monopetalo barbato & galeato barba quadripartita galea diviſa, ſemina gerentes lævia, nuda quaterna. Salvia *cum roremarino* quidem convenit, ſed medetur præterea *epilepſiæ, paralyſi, virginum cachexiæ, & leucophlegmatiæ* conſenſum cum utero habenti, ut *& podagræ & arthritidi.*

Sanicula plantis annumeranda eſt flore perfecto pentapetalo regulari in umbellam minorem congeſto ſemina gerentibus nuda ad ſingulum floſculum bina lappulata. Cum cæteris ſuæ ſortis ad *vulneraria tam interna, quam externa refertur.*

Satureja jungitur plantis quæ flore ſunt irregulari monopetalo barbato & galeato ſimul barba tripartita galea diviſa, ſemina gerentibus nuda, lævia quaterna. *Thymo reſpondet*, & fabis additur ad illarum flatulentiam tollendam, *ſemque ſtimulat.*

Scordium plantis flore perfecto monopetalo irregulari annumeranda eſt, barbato tantum & ſemina gerentibus nuda, quaterna lævia. Scordium *alexipharmacum eſt, antipeſtilentiale, & polychreſtum in malignis & lumbricis.*

Folia Sennæ ad plantas pertinent flore perfecto pentapetalo regalari ſemina gerentes plura quadrata compreſſa ſubfuſca,

in pericarpio ſiliquoſo oblongo ſimplici, multis iſthmis diſtincto. Senna *blandum polychreſtum & catholicum purgans conſtituit humores quosvis movens, & per alvum blande educens* inſubſtantia ad ℈ij vel ʒj in infuſo ad ʒß data.

Herba *Serpillum* jungitur plantis quæ flore ſunt irregulari monopetalo barbato & galeato ſimul barba tripartita galea diviſa, & ſemina gerunt quaterna, nuda, lævia. Coincidit cum majorana, & datur ut Majorana.

- - *Tanacetum* flores gerit perfectos compoſitos diſcoideos diſco nudo ex plurimis floſculis tubuloſis brevibus in ſummitate quinquefariam diviſis compoſito, & ſemina plura nuda non pappoſa. *Quoad vires cum abrotano & matricaria convenit.*

- - *Thymus* pertinet ad plantas quæ ſunt flore monopetalo irregulari barbato & galeato ſimul barba tripartita galea diviſa, & ſemina gerunt quaterna nuda lævia. *Thymus gratior eſt ſerpillo, & tanquam aroma cibis crudioribus adhibetur.*

- - *Tuſſilago* ad plantas referenda eſt quæ flore ſunt compoſito diſcoideo diſco radiato ante folia erumpente, ſemina gerentes poſt ſingulos flores ſingula poppoſa. Hujus folia tenuiorem habent mucilaginem, quam Altheæ folia. Hinc ſpecificum conſtituunt *in tabe, phtiſi, ulcere pulmonum & aliorum viſcerum, in vomica pulmonum & catarrhis* ⊖*ſis.*

- - *Verbaſcum* plantis accenſetur floribus perfectis monopetalis regularibus quinquefariam diviſis in longam ſpicam ſeu thirſum congeſtis, ſemina gerentibus plurima minuta fuſca oblongiuſcula rugoſa in pericarpio membranaceo bicapſulari oblongo, rotundo ad ſingulum florem ſingulo. Verbaſcum *ob mucaginem emollientem terreis junctam convenientiſſimum eſt in teneſmo, dyſenteria, dolore hæmorrhoidum, procidentia uteri, & ani.*

- - *Verbena* ad plantas pertinet quæ flore ſunt irregulari mono-

peta-

petalo barbato & galeato ſimul barba tripartita & galea diviſa, & ſemina gerunt quaterna nuda lævia. Verbena *adſtringens eſt, & cephalica.*

Herba Veronica ad plantas refertur quæ flore ſunt monopetalo irregulari patulo quatuor laciniis diviſo, & ſemina gerunt pericarpio membranaceo bicapſulari incluſa. Ob ☿ia temperata *diureticum* eſt remedium, & *vulnerarium chamæpyti reſpondens.*

Violaria plantis annumeranda venit, quæ flore ſunt pentapetalo irregulari caudato, ſemina gerens ad ſingulum florem plura in capſula ſeminali per maturitatem in tres carinas dehiſcente. Violaria virtute emolliente & laxante cum parietaria convenit: juvat etiam expectorationem cum floribus propriis cocta & exhibita.

Virga aurea ad plantas pertinet floribus perfectis compoſitis pluribus ſimul in thyrſum congeſtis diſcoideis rediatis. Diſcum conſtituunt floſculi tubuloſi, & radium fiſtulares ſequente poſt ſingulos flores ſemine ſingulo nudo, pappeſcente. Ob ☿ ☉oſum particulis terreis immerſum *diuretica eſt & traumatica.*

CAPUT V.

De

Floribus.

FLores *Acaciæ* ſunt flores pentapetali regulares albicantes ſaporis nauſeaſi, odoris non ingrati. Adhibentur ad *laxandam alvum* recentes & *ſanguinem depurandum. Diaphoretici* etiam ſunt & in pleuritide conveniunt.

Aurantiorum ſunt flores perfecti pentapetali regulares candicantes imo fructui adnati odoris ſuaviſſimi. Aquam Naphæ præbent in *partu difficili* ſumme laudatam. Externe *uſum coſmeticum* præſtant

Flores Bellidis ſunt flores perfecti compoſiti ex regularibus & irregularibus diſcum radiatum conſtituentibus. Qui diſcum circumdant ſunt floſculi planifolii monopetali: radius autem componitur ex tubuloſis brevioribus in ſummitate quinquefariam diviſis. Sunt *pectorale* antiphtiſicum expertiſſimum, & viſcerum *confortativum.*

Conſolidæ regalis ſunt flores perfecti pentapetali irregulares poſterius calcari donati. *Diureſin* excitant, & *renes purgant.*

Fabarum ſunt flores perfecti tetrapetali irregulares papilionacei. Sunt *coſmetici*, uſumque præterea habent nullum.

Geniſtæ ſunt flores perfecti tetrapetali irregulares papilionacei, & in morbis *ſplenecticis* adhiberi poſſunt.

Liliorum alborum ſunt flores perfecti hexapetali regulares erecti, qui *partum promovent*, & fluxum lochiorum. Conveniunt etiam in *affectibus thoracicis*, aſthmaticis &c.

Perſicorum ſunt flores perfecti pentapetali regulares vim habentes alvum *laxandi.*

Anthos ſunt flores monopetali irregulares barbati & galeati barba tripartita, galea diviſa. Recentiores ſunt *ſubtiliores & ſpirituoſiores, quam folia cum quibus tamen conveniunt.*

Borraginis ſunt flores monopetali regulares in quinque lacinias acutas diviſi. *Cardiacis* annumerantur flores borraginis dum ſua aquoſitate ∈ia acida terreſtria ſeu melancholica ☊ ſuffocantia diſſolvunt, hinc *melancholicis & hypochondriacis conveniunt:* proſunt quoque ſpecifice *ad menſium ſuppreſſionem.*

Bugloſſæ ſunt flores monopetali regulares in quinque lacinias obtuſas diviſi. Vires flores bugloſſæ cum floribus borraginis habent easdem.

Calendulæ ſunt flores compoſiti ex regularibus & irregularibus ſimul ſeu diſcoidei radiati, diſcum conſtituentibus floſculis regularibus. Conſpirant flores calendulæ cum floribus Keiri; ſed in *menſibus pellendis* tantæ ſunt efficaciæ ut illos etiam

iam calendularum odorem ſpiraſſe nonnulli affirment, *fa-tum* etiam *pellunt*, & *virtutem habent alexipharmacam*: unde in Variolis, morbillis peſte aliisque malignis, ut & in ictero conveniunt.

Flores Chamomillæ cum præcedentibus conveniunt, & ſunt duplices Romanæ nimirum & vulgares: & licet Romanæ habeantur penetrantiores, quam vulgaris, tamen in his potior *vis anodyna eſt.* Cæterum utriusque flores aliquid *balſamici volatilis in ☉ibus tam fixis, quam volatilibus fovent*, a quo dependet *vis ſingularis acria quævis mulcens & obtundens*; hinc in *cardialgia, Colica* ſimplici, & convulſiva, nec non nephritica, & *omnibus flatulentiis diſcutiendis* nulli cedunt, promovent quoque *lochia, menſes, & dolores poſt partum tollunt*, & *conducunt in lacte cocti contra dyſuriam.*

Cheiri ſunt leucoii vulgaris tetrapetali regulares lutei, ſaporis ſubacris ſubamari. Inſpecie flores cheiri *utero dicantur*, in *pellendis menſibus* & *lochiis* laudantur, & ut *nervinum & diſcutiens in paralyſi & apoplexia* adhibentur.

Croci. Crocus non producit flores petalis ſenis conſtantes ſed regulares monopetalos in ſex lacinias totidem petala imitantes, quæ tubum medium cingunt diviſos. Crocus optimus ex Anglia ad nos defertur. In India orientali ipſe non creſcit, ſed ad Indos ex noſtris regionibus defertur. Conſtat ☉ibus fixis & volatilibus fragrantiſſimis & penetrantibus junctis blando oleo, hinc *aromaticus* eſt & *anodynus*, diſcutit mirifice, *pectoralis* eſt, *cordialis*, *ſtomachicus*, *cephalicus*, & *uterinus.*

Cyani pertinent ad flores compoſitos ex regularibus & irregularibus ſimul. Flores marginales quaſi bilabiati ſunt labio inferiori brevi & in tres lacinias diviſo, ſuperiori quadrifido, & minus profunde diſſecto, cujus os in latus expanditur. Ejusdem flores cyani ſunt virtu-

tis

tis cujus ſunt borragrinis & bugloſſæ, potentius tamen *urinam pellunt*, qua propter *hydropicis cenſentur utiles.*

Flores Lavendulæ ſunt flores irregulares monopetali barbati & galeati ſimul barba tripartita galea diviſa. *Virtutibus cephalicis uterinis & nervinis* roriſmarini floribus multo ſunt præſtantiores & penetrantiores. Hinc in *ſoporoſis & catarrhoſis morbis* magnificis laudibus extolluntur. Horum odorem fugiunt *pediculi blattæ & alia inſecta*, hancque obcauſam in illis fugandis conducunt.

- - *Liliorum convallium* ſunt flores perfecti monopetali regulares, quorum plures in ſingulis caulibus in unam partem vergunt nudi & dependentes margine in ſex lacinias diſſecto. *Virtute coincidunt cum floribus tiliæ*; ſed præſtantiores ſunt. Externe naribus admoti *ſternutationes* provocant,

- - *Malvæ hortenſis* ad flores monopetalos regulares pertinent quinquefariam diviſos. Ob viſcoſitatem & *vim adſtringendi, quam in receſſu relinquunt* in ſpecie medentur *inflammationi & exulcerationi faucium, gingivarum & uvulæ. Commendantur* quoque ad *Eryſipelas.*

- - *Meliloti* referuntur ad plantas flore tetrapetalo irregulari. Blandum diſcutiens ⊖ volatile temperatum quadam unctuoſitate habent: quam ob cauſam interne inter *expectorantia* recenſentur; potior tamen illorum uſus externus eſt cum *diſcutiant, emolliant, & dolores mitigent.*

- - *Nymphæa* compoſiti ſunt ex pentapetalo & polypetalo, & conveniunt cum radice propria.

- - *Papaveris erratici* ſunt flores perfecti tetrapetali, petalis admodum fugacibus. Flores papaveris erratici ob mucaginem volatilem acrem & amaram blande diſcutiunt, moderate *incraſſant, leniunt, mulcent & ſomnum inducunt:* & hanc obcauſam conveniunt *in pleuritide, aliisque pulmonum affectibus*, nec non *in hæmorrhagiis, & nimio menſium fluxu.*

- - *Pæoniæ* ſunt flores rubentes polypetali regulares ſaporis fatui,

odo-

odoris nullius. *Conveniunt cum radice & ſeminibus.* Conſtant particulis aquoſis mucilagine volatili & craſſa obquam *antepileptici* ſunt.

Flores *Primulæ veris* ſunt flores perfecti monopetali regulares, e tubulo longo in quinque lacinias expanſi, calyces quaſi bullati lychnidum fere inſtar. *Tiliæ & lavendulæ floribus reſpondent,* & in ſpecie *in paralyſi laudantur, & doloribus ſiſtendis.*

- - *Roſarum* floribus accenſentur, qui ex quinque conſtant petalis regularibus & ſunt duplices roſæ ſc. *pallidæ,* & *rubræ.* Flores roſarum pallidarum alvum *laxant, adſtringunt,* & *roborant.* Flores roſarum rubrarum magis *adſtringunt, pectorales ſunt, cordiales, & traumatici.*
- - *Salviæ* flores ſunt monopetali irregulares barbati & galeati, barba quadripartita, & galea diviſa. Floribus ſalviæ folia ſunt præſtantiora.
- - *Sambuci* ſunt flores perfecti albicantes monopetali regulares, in quinque lacinias diviſi, ac umbellatim congeſti. Flores ſambuci *ſudores movent, alvum blande ſubducunt, lac augent, cephalici ſunt, & traumatici.*
- - *Stæchados* flores ſunt perfecti monopetali irregulares barbati & galeati ſimul, barba tripartita & galea diviſa. Flores ſtæchados inter aromata *cephalica, pulmonica, nervina, & uterina recenſentur.*
- - *Tiliæ* ſunt flores perfecti pentapetali, plurimis ſtaminulis luteis referti. Flores tiliæ *capiti, nervis, & pectori bus dicantur,* & in ſpecie conveniunt *in vertigine, convulſione, epilepſia, ſuffocatione hypochondriaca*
- - *Tunicæ* ſunt caryophylli hortenſis flores pentapetali regulares in extremitatibus ſerrati, & *in roborando capite, morbisque malignis* commendantur *ſtimulati caryophyllis aromaticis.*
- - *Verbaſci* ſunt flores monopetali quinquefariam diviſi, & in

longam spicam seu thyrsum congesti. *Respondent hi flores foliis illis tamen sunt præstantiores.*

Flores *Violarum* sunt violæ martiæ purpureæ flores pentapetali oblongi purpurei, posterius obtuso calcari notati. *Pectorales* sunt violæ, *cordiales & refrigerantes.*

CAPUT VI.

De

Fructibus & Seminibus.

PARS I.

De

Fructibus.

Fructus Alkekengi sunt baccæ solani vesicarii rubicundæ folliculo per maturitatem rufescenti inclusæ, continentes sub pellicula tenui pellucida pulpam flavescentem & semina orbiculata rugosa. Saporem habent hæ baccæ subacrem & amaricantem, odorem vero nullum. Virtus illarum consistit *in Oe diuretico* materiam peccantem per vias urinarias evacuante.

Amomum sunt cassiæ caryophyllatæ baccæ rotundæ ex fusco nigricantes, includentes sub tenui pellicula, & substantia fungosa binos acinos nigros parvos, tenui membrana vestitos, saporis & odoris caryophyllis similis. *Vires cum caryophyllis habent easdem*, sed illis sunt debiliores, & in specie conferre dicuntur *in vertigine.*

Amygdalæ sunt ossicula oblonga, quodammodo compressa multos insculptos ostendentia scrobiculos, nucleumque includentia pluribus foveis ornatum, superne acuminatum dulcem aut amarum: proindeque Amygdalæ *dulces* sunt

aut

aut *amaræ*. Dulces *nutriunt demulcent, & laxant*: utræque autem *diuretica* sunt, *calculumque, nephritidem & pleuritidem curant.*

Fructus Anacardii est fructus arboris Marlabáricæ Oepata dictæ compressus, aviculæ cordis figuræ, & nigricans. Includit hic fructus sub duplici involucro nucleum solidum albicantem, saporis subdulcis, & intra duplex hoc involucrum liquorem melleum glutinosum rufum saporis acris & exurentis. Nucleus anacardii *pistacirum loco adhiberi potest: liquor* autem *scirrhos etiam durissimos miraculi instar dissipat.*

Anthophylli sunt fructus arboris caryophylliferæ Tsinka dictæ maturi *caryophylli* autem immaturi cuivis noti. Caryophylli sunt anthophyllis præstantiores in *morbis soporosis*. Gaudent præterea *virtute carminativa, purgantibus tanquam corrigens junguntur*, & singulare quid obtinent *in frigore febrium intermittentium.*

Juniperi vulgaris fruticosæ sunt *baccæ* rotundæ per maturitatem nigricantes includentes sub tenui pellicula pulpam & acinos tres oblongos triangulares. Saporem habent hæ baccæ subacrem subdulcem & resinosum cum odore fragrante. Urinam movent baccæ juniperi, sudorem & sunt stomachicæ ad ʒj in substantia datæ.

Lauri vulgaris sunt *baccæ* oblongæ rotundæ nigricantes includentes sub cortice tenui nucleum geminum nigricantem saporis acris aromatici amaricantis & oleosi, odoris non ingrati. *Anodynæ* sunt, *diureticæ* & *carminativæ.*

Myrti seu *baccæ myrti* sunt baccæ carnosæ pulpam continentes mediante membrana in tres cellulas divisam, polyspermæ *adstringentes* & *stomachicæ.*

Glandis unguentariæ seu *Balanus Myrepsica* sunt fructus avellanæ magnitudine triquetri continentes sub cortice pellucido nucleum pinguem oleosum saporis subacris amari & oleosi, odoris nullius. *Ob vim purgantem* referri quidem debet

ad purgantia; ſed ob vim nimis tardam ex horum cenſu ut plurimum proſcribitur. ♁ *expreſſum inſervit pro menſtruo ad extrahendos florum adoratorum odores.*

Fructus Benzal ſeu *Cardamomum* ſunt capſulæ hujus plantæ ſeminales triquetræ palleſcentes tribus per longitudinem diſtinctæ cellulis quibus includuntur acini anguloſi ex fuſco nigricantes involuti tenui & albicanti pellicula *ſaporis & odoris acris & aromatici.* Duæ hujus fructus reperuntur ſpecies cardamomum nimirum *majus & minus.* Minus majori eſt præſtantius virtute gaudens *aromatica cephalica* in ſubſtantia ad ℈ß exhibitum & in infuſo ad ʒß.

- - Balſami ſeu *Carpobalſamum* ſunt fructus oblôngo rotundi, rugoſi, piſo minores ſpadiceo fuſci in parvum aculeum deſinentes, includentes *medullam balſamicam grati odoris cum balſamo Ægyptiaco vires habentem easdem.*

- - *Caſſiæ fiſtulæ Alexandrinæ* eſt ſiliqua ob longa cylindracea nigricans, includens ſub putamine duriuſculo corticoſo ſemina depreſſa nitida fulva, & pulpam nigricantem melleam. *Pulpa purgat bilem ſerum, & urinam.* Datur pulpa recenter ex fructibus extracta ab ʒj ad ʒij.

- - *Cataputiæ majoris* ſeu ricinus Americanus ſunt fructus oblongi ovales una parte convexi & altera depreſſi, includentes ſub pellicula corticoſa tenui duriuſcula nucleum candidum bipartitum ſapotis ſubdulcis acris nauſeoſi. Serum evacuant grana in emulſione aut ſubſtantia exhibita.

- - *Cataputiæ mediæ* ſeu ricinus Medius ſunt fructus oblongi, ovales, faba minores, includentes ſub pellicula corticoſa livida & maculoſa nucleum bipartitum album pinguem, ſaporis ſubdulcis acris, nauſeoſi. Vim habet *purgantem, & ſerum evacuat cum aqua.* Dantur grana in emulſione ad ʒß vel ʒj in ſubſtantia a gr. xv. ad gr. xx.

Fru-

Fructus *Cataputiæ minoris* sunt lathyridis majoris grana oblonga rotunda ovalia piso majora, includentia sub pellicula corticosa nucleum album pinguem. Sursum & deorsum serum potentissime evacuat. Hinc ut Esula hydropicis rubustioribus conducit in substantia a gr. v. ad vij. & x. exhibitus.

- - *Colocynthidis* sunt fructus rotundi, pugni magnitudine, ex flavo virides, includentes sub cortice tenui coriaceo medullam candidam fungosam levem, & semina parva compressa oblonga cucumeracea albida, saporis acris amari & nauseosi. Inter purgantia vegetabilia colocynthis est validissima, & *humores quosvis viscido pituitosos* ex intimis quasi recessibus *provocat & per superiora*, frequentius tamen *per inferiora educit*. *Vermibus* quoque tam interne, quam externe *contrariatur*. Datur ejus resina ad gr. x. extractum ad gr. xij.

- - Curane seu *cubebæ* sunt convulvuli javanensis curane dicti grana rotunda piperi similia paulo tamen majora fusca rugosa scabra, cum appenso tenui pediculo caudæ instar, includentia sub tenui cortice nucleum parvum rotundum foris nigricantem, intus albicantem saporis aromatici potenter acris, odoris svavis. *Cephalicæ* sunt cubebæ, *confortantes* & *aphrodisiacæ* in substantia datæ a gr. v. ad viij, & in infuso ad ʒij in ♎ ♌ ad gtt ij.

- - Palmæ majoris seu *Dactyli* sunt palmæ majoris dactyliferæ fructus oblongo rotundi glandium magnitudine & forma sed paulo majores, includentes sub pellicula fulva & tenui pulpam melleam subdulcem, & sub hac nucleum oblongum durum per longitudinem sulco notatum. *Mulcet* & *temperat* illorum cato, *pectoralis* est, & cum nucleis in *urinæ vitiis* convenit.

- - *Ficus* communis sunt fructus pyriformes coloris ex flavo fusci intus copiosissimis granulis per pulpam infarcti, saporis

ſubdulcis odoris noningrati. *Acria quævis mulcent, urinam pellunt, maturant, emolliunt,* & *virtutem* obtinent *traumaticam.*

Fructus Quercus excrementitii ſeu *Gallæ* conveniunt cum glandibus, cortice & foliis quercus: in gallis vero *major vis adſtrictoria* eſt *cum auſteritate.*

- - Ricini arboreſcentis *ſeu grana tilli* ſunt pinus Indicæ nucleo purgante fructus oblongi ovales cataputia media majores una parte gibbi altera paulo planiores IV. levibus angulis notati, includentes ſub pellicula corticoſa cinerea nucleum albicantem pinguem oleoſum ſaporis exurentis. *Humores ſeroſos viſcidos & tenaces potenter incidunt & per ſuperiora æque ac inferiora educunt.* Datur inſubſtantia nucleus ad gr. iij. vel v. germen agr. j. ad gr, ij. oleum expreſſum ad gr. j. & extractum ad gr. iij. & v.

- - Ilicis aculeatæ cocciglandiferæ ſeu *grana chermes.* ſunt hujus arboris grana excrementitia rotunda, piſi magnitudine rubicunda. Dum recentia ſunt ſcatent vermiculis & ſucco ſanguineo fatiſcente in annoſis inſubſtantiam raram fungoſam coloris ejusdem ſaporis ſubacris ſubamaricantis odoris ingrati. Aceto aſperguntur ut vermiculi pereant, & ∈e *aromatico blando ſpiritus augente & confortante* conſtant.

- - jujubæ majoris ſeu *jujubæ* ſunt pruna olivæ magnitudine & forma punicea, involventia ſub pellicula craſſiuſcula oſſiculum oblongum utrinque acuminatum incluſum pulpæ molli fungoſæ ſaporis mellei & vinoſi. *Symbolizant cum ficubus & dactylis, ingrediunturque decocta pectoralia & nephritica.*

- - *Laureolæ* ſunt baccæ rotundæ pipere majores rubentes per maturitatem nigricantes, includentes ſub tenui pellicula nucleum rotundum ſaporis feridi & nauſeoſi. *Purgant ſerum & aquam potenter.* Extractum cum ℣ factum datur ad ʒß.

Fru-

Fructus *Mespili.* Mespilum immaturum potenter adstringit; maturum autem facile fermentescit, ventriculoque debili & intestinis nocet.

- - *Myrobolanorum* quinque sunt species nimirum.

- - *Bellericæ* sunt Myrobolani rotundæ bellericæ seu arboris pruniferæ Indicæ fructus rotundi aut anguloſi magnitudine Gallæ majoris in pedunculum crassum desinentes ex rubigineo flavescentes, includentes osſiculum durum sub putamine carnoso duriusculo saporis adstringentis subdulcis.

- - *Myrobolani chebulæ* sunt arboris Quebuli fructus oblongi omnium maximi rugoſi coloris fusci obscuri, continentes sub putamine carnoso osſiculum oblongum, crassum, & cavernosum.

- - *Myrobolani* Emblicæ sunt arboris Embelli dictæ fructus rotundi sexangulares bellericis minores ex cinereo nigricantes, continentes osſiculum leve pallidum avellana minus, hexagonum tribus cellulis insigitum, & in hoc nucleum pomaceum spadiceum triangularem.

- - *Myrobolani citrinæ* sunt arboris Azafar fructus oblongi, rotundi, quinque angulis rugoſi chebulis minores, coloris citrini, includentes sub putamine carnoso osſiculum angulosum.

- - *Myrobolani Indæ* sunt arboris Asuar dictæ fructus oblongi reliquis graciliores & tenues, superficie octangulari solidi & duri intus & extus piceæ nigredinis instar bitaminis judaici.

- - *Constant ☉e purgante blando cum substantia terrea subadstringente.* Dantur in infuso ad ℈ij, in decocto autem ad ℈iß in substantia ad ℈j.

- - Palæ seu *Nux moschata* est arboris nuciferæ aromaticæ Palæ dictæ nucleus rotundus aut oblongus & solidus, exterius quo-

quodammodo rugoſus & cinereus, intus pallide flaveſcens venis albicantibus hinc inde interpolatis ſaporis acriuſculi aromatici, ſimulque pinguis, odoris fragrantis ſatisque grati. Huc pertinet etiam *macis* ſeu nucis moſchatæ cuticula membranacea craſſiuſcula ramoſa quaſi reticulata ex aureo flaveſcens incumbens putamini corticoſo cui medulla nucis moſchatæ eſt incluſa. Macis ☋ aromaticum ♁ ſociatum paulo *temperatius eſt, quam caryophyllorum, & ſuas operationes blanda vi anodyna obſolvit.* In ſubſtantia datur ad gr. x. & in infuſo ad ʒij. *Maci reſpondet nux moſchata ſed temperatior eſt, magisque adſtringit cum majore quadam virtute anodyna*, ut macis data.

Fructus Caniram ſeu *Nux vomica* ſunt nuclei fructus arboris Malabaricæ orbiculati plani compreſſi, cornea duritie colore argenteo foris parum lanuginoſi ſaporis amari. ☋e *purgante emetico adeo hoſtili* conſtat nux vomica ut citra convulſionis metum vix aſſumi queat.

- - Vitis ſunt *paſſulæ majores, & minores.*

- - Uvæ paſſæ ſeu *paſſulæ majores* ſunt baccæ exſiccatæ depreſſæ rugoſæ ex obſcuro rufeſcentes, continentes ſub pellicula tenui acinos anguloſos involutos pulpæ melleæ ſubrufæ.

- - *Minores* ſunt uvæ paſſæ minores ſeu paſſulæ corinthiacæ, quæ præferuntur majoribus. *Laxant* paſſulæ *emolliunt, leniunt, & temperant, aperiunt & deobſtruunt.*

- - Therebinti Indicæ ſeu *piſtaciæ* ſunt fructus oblongus anguloſus avellanæ magnitudine, una parte elatior, altera vero depreſſior coſta notatus. Sub putamine includitur nucleus ex albo vireſcens ſaporis oleoſi ſubdulcis *cum amygdalis dulcibus conveniens, potenterque augens genituram ut amygdalæ datus.*

- - Pini ſativæ ſeu Nuclei *Pini* ſunt nuclei oblongi, candidi pingues

gues inclusi ossiculis crassis & duris in turbinato & squamoso cono dispositis saporis subdulcis. Virtute *pistaceis accedunt*: in specie autem in *pectoris & viarum urinariarum, & urinæ vitiis commendantur.*

Fructus pruni Damascenæ seu *pruna Damascena* cuivis nota sunt. *Laxant alvum* & nimia in quantitate assumta *dysenteriam & alvi fluxus excitant.*

- - Sebestenæ domesticæ seu *Sebesten* sunt fructus prunis domesticis similes nigricantes & rugosi, ineludentes in substantia carnosa mellea ossiculum tribus angulis notatum, cum *jujubis ejusdem virtutis.*

- - Siliquæ edulis seu *siliquæ dulcis* sunt fructus oblongi compressi paululum intorti crassi, digito longiores, pollice crassiores, fusci splendentes dorso elatiores, continentes pulpam carnosam rufam, dulcem & nucleos lucidos fuscos & compressos. Dulcis & viscosa siliquæ substantia temperat *sodam, ardorem ventriculi & urinæ.*

- - *Sumach* seu Rhus folio ulmi sunt grana orbiculata, villiosa, parva coccinea continentia semen orbiculatum spadiceum saporis adstringentis & terrestris. Virtus hujus fructus consistit in *partibus terreo austeris adstringentibus.*

- - Siliquæ Arabicæ Tamarindi dictæ seu *Tamarindi* sunt fructuum, seu siliquarum hujus arboris pulpa ex fusco nigricans saporis subacidi, raris per longitudinem lignosis filamentis pertexta, distincta in membranacea loculamenta in quibus inclusa latitant ossicula dura quadrata ex fusco rubicunda splendentia. Horum *pulpa optima est & tutissima* in *æstu reprimendo potissimum febrili ubi laxante opus est, bilem mulcet,* & *nimiam sanguinis effervescentiam sedat, stomachum* quoque *roborat*, ejusque fermentum restituit. Datur substantia ab ℥j ad ij & decoctum ad ℥iij, pulpa vero ad ℥jß.

- - *Vaniglia* est plantæ convolvulaceæ scandentis fructus instar vaginæ, habens subdulcem, subacrem aromaticam substan-

tiam, in qua grana minutiſſima, odoris dum recens eſt gratiſſimi. Salem blandum aromaticum & confortantem in ſua ſubſtantia mucaginoſa fovet hic fructus, *virtute granis Kermes reſpondet*, ſed illis potentior eſt, menſes & *urinam pellit, memoriam confortat, & ♃ auget.*

PARS II.

De

Seminibus.

Semina Althæa ſunt ſemina ad ſingulum florem plura reniformia fuſca, pericarpio membranaceo ampliori quinquecapſulari ac pentagono incluſa. Sua *mucaginoſitate* conveniunt cum radice, quæ tamen in ſemine paulo *mitior eſt.*

- *Ammios majoris* ſunt ſemina ad ſingulum florem bina, minora ſtriata ex cinereo ſpadicea, ſaporis amari, acris odoris fragrantis.
- *Ammios minoris* ſunt ſemina parva ſtriata petroſelino minora ex rufo ſpadicea ſaporis acris aromatici odoris fragrantis & origano ſimilis. Minus præſtat majore, & *virtutes habet aromatibus communes, carminativum* eſt, & *uterinum.* Majus datur ad ʒß minus ad ʒj.
- *Anethi* ſunt ſemina ad ſingulum floſculum bina nuda ſtriata compreſſa minora ex atro virentia. *Anodynum* hoc ſemen eſt, & *carminativum.*
- *Aniſi* ſunt ſemina ad ſingulum florem bina oblonga, nuda ſtriata turgidiuſcula dulcia, colore ex rufo ſpadicea. *Pectorale* aniſum eſt, *carminativum, diureticum,* & *lac augens.*
- *Apii* ſunt ſemina nuda ad ſingulum floſculum bina ſtriata minora ex fuſco ſpadicea. Educit hoc ſemen *calculum*, & *urinam, uterique medetur affectibus.*

Semi-

Semina Aquilegiæ sunt semina nigra splendentia milio similia, siliquis corniculatis quaternis, quinisve simul junctis univalvibus inclusa. *Movent* blandos *sudores*, *Variolas & Morbillos expellunt*, & *nimiam compescunt sanguinis effervescentiam.*

- - *Bombacis* sunt semina oblonga rotunda quodammodo compressa magnitudine ciceris, quæ viscida lanugine candida includuntur, & pericarpiis corticosis in tres carinas dehiscentibus, saporis subdulcis odoris nullius. *Pulmonibus dicata sunt hæc semina, & acria quævis temperant.*

- - *Cacao* sunt arboris cacaiferæ Americanæ nuclei amygdalis similes inclusi involucro corticoso duro rugoso, fusco oblongo saporis subpinguis oleosi & subamari odoris nullius. *Virtutem obtinent nutrientem* pineis, Amygdalis, & pistaceis majorem.

- - *Cannabis* sunt grana subrotunda parva in racemulos congesta ac singula pelliculo inclusa, quæ sub tenui cortice includunt medullam albicantem saporis subdulcis. *Bilem acrem corrigunt* hæc semina, *antaphrodisiaca* sunt, & *contra gonorrhœam laudantur.*

- - *Cardui benedicti* sunt semina nuda sub pappo delitescentia barbulis deciduis, oblonga crassiuscula striata saporis insigniter amari. Movent hæc semina *sudorem & urinam*, relinquuntque in recessu *vim anodynam.*

- - *Cardui Mariæ* seminibus cardui benedicti sunt similia sed magis glabra & nigricantia. *Vires habent cum illis easdem*: in specie autem commendantur in *fluore albo.*

- - *Carvi* sunt semina nuda ad singulum florem bina juncta striata oblonga minora, paululum incurva seu falcata & fusca, saporis acris aromatici, odoris nullius. Ex aromatico oleoso gaudent, *anodyno & carminativo.*

- - *Cinæ* sunt absinthii santonici Alexandrini semina parva ob-

longa flaveſcentia ſaporis acris amari, odoris graviuſculi, *vermibus unice dicata.*

Semina Coffee ſunt nuclei pallidi faba paulo minores, una parte convexi, altera vero plani inſigni ſulco notati, bini ſibi invicem juncti, & tecti folliculo tenui membranaceo exfuſco nigricante. ☉ conſtant *diuretico* blando volatili temperato *roborante.*

- - *Coriandri* ſunt ſemina nuda rotunda ſtriata ex cinereo fuſca includentia ſub cortice tenui medullam ſubfuſcam duriuſculam ſaporis ſubdulcis, ſubacris, odoris aromatici. *Carminativa ſunt, ſtomachica, & cephalica.*

- - *Cumini* ſunt ſemina nuda bina juncta ſtriata majora, ſequentia ſingulum florem perfectum pentapetalum ex cinereo ſpadicea, fæniculi ſeminibus longiora & craſſiora. Minus gratum eſt ſemen cumini quam carvi, hinc etiam externe tantum præſcribendum.

- - *Cydoniorum* ſunt nuclei nigricantes pericarpio carnoſo umbilicato incluſi. Auſteras illi obtinent & terreas particulas in mucagine, in quam reſolvuntur: hancque obcauſam *adſtringentibus* accenſeri merentur, *refrigerantibus*, & *ophtalmicis.*

- - *Dauci* ſunt duplicis generis *Cretici* nimirum & *vulgaris.*

- - *Dauci Cretici* ſunt ſemina oblonga, inucana, ſuperiori in parte acutiora, villis reſtricta, ſaporis acris aromatici grati, odoris debilis.

- - *Dauci vulgaris* ſunt ſemina compreſſa cinerea, Dauco cretico breviora, latiora, circa marginem utrinque villo obſita, ſaporis debilioris, odoris fragrantis. Utriusque dauci ſemina ob ☉ blandum ℞ oſum *carminativum* conveniunt in *calculo, nephritide, menſium ſuppreſſione, doloribus poſt partum, ut & in ſtranguria.*

Semi-

Semina Fæniculi sunt semina nuda bina ad singulum florem, mediocris magnitudinis striata, dulcia, odoris fragrantis. *Conveniunt* cum *aniso, & propria radice*, qua tamen sunt potentiora in *Variolis* & *Morbillis*, *stranguria*, *calculo & augendo lacte.*

- - *Fœnu græci* sunt semina angulosa sesamacea pericarpio membranaceo siliquoso simplici, quodammodo recurvo inclusa flavescentia saporis mucilaginosi, odoris jucundi cum quadam gravedine. *Emolliunt* hæc semina *leniunt*, *discutiunt & incidunt* externe tantum adhibita.
- - IV. *frigida majora* sunt *citrulli*, *melonum cucurbitæ*, *cucumeris.*
- - *Citrulli* sunt semina oblonga plana rhomboidea, margine æquali prædita, nigricantia sub cortice duriusculo continentia medullam albam saporis aquei.
- - *Melonum* sunt semina oblonga ex flavo albicantia ad cucumeris accedentia.
- - *Cucurbitæ* sunt semina oblonga plana pallida superiore parte cornuta, & duabus lineis per longitudinem excurrentibus notata.
- - *Cucumeris* sunt semina oblonga plana in medio convexa candicantia, seminibus melonum angustiora, pusillo subtus apiculo profenso. *Acria* ⊖*ia temperant* hæc semina, & *per urinam* expellunt, *antaphrodisiaca* sunt, & *demulcentia.*
- - IV. Frigida minora sunt semina *lactucæ*, *scariolæ*, *portulacæ*, & *plantaginis.*
- - *Lactucæ* sunt semina parva, oblonga, compressa, pallida, utrinque acuminata saporis aquei.
- - *Scariolæ* sunt semina cichorii seminibus simillima, colore pallidiora.
- - *Portulacæ* sunt semina nigra exigua.
- - *Plantaginis* latifoliæ sunt semina parva oblonga publiciformia

mia coloris obſoleti, ac ferruginei. *Coincidunt* hæc ſemina *cum præcedentibus.*

Semina Fumariæ ſunt ſemina ſolidaria, rotunda percicarpio membranaceo ceu ſiliculæ incluſa ex nigro viridantia, ſaporis amari ingrati. *Sanguinem depurant*, & cum herba conveniunt.

Geniſtæ ſunt ſemina reniformia pericarpio membranaceo ſiliquoſo ſimplici bivalvi incluſa, compreſſa fuſca ſaporis ex dulci amaricantis nauſeoſi, & ingrati. *Urinam movent, re-vellentia, vomitus alvum.*

Hordei ſunt ſemina plura nuda in ſpicam compactiorem productioribus aculeis ſeu comis præditam congeſta, *virtutem* poſſidentia *anodynam, demulcentem, emollientem & maturantem.*

Hyoſciami ſunt ſemina minuta pericarpio membranaceo bicapſulari ſubrotundo acpeculiari operculo tecto ſub perianthio productiori latitanti incluſa, ex cinereo ſpadicea ſaporis quodammodo viſcoſi, odoris narcotici & ingrati *Virtutem* obtinentia *anodynam & hypnoticam.*

Hyperici ſunt ſemina plura minuta oblonga, teretia, ſubfuſca pericarpio membranaceo ovali tricapſulari incluſa ſaporis ſubamari & reſinoſi, odoris picei. *Diureticam* hæc ſemina obtinent *virtutem, traumaticam*, & *anthelminticam.*

Leviſtici ſunt ſemina oblonga, depreſſa membranacea ſtriata, ſaporis ſubdulcis, aromatici, nauſeoſi, odoris fragrantis, *virtutem* obtinentia *diureticam & antihyſtericam.*

Lini ſunt ſemina compreſſa, oblongo rotunda quodammodo lucida, pericarpio membranaceo, pluribus loculamentis diviſo ac rotundo incluſa, ita ut ſingulo loculo ſingulum contineatur granum. Ex mucagine, farina & oleo conſtructa ſunt: unde *leniunt, molliunt, & ſuppurant.*

Malvæ ſunt ſemina reniformia ad ſingulum florem plura in circulum arcte coagmentata ſingula peculiari pericarpio mem-

membranaceo obducta, *seminibus althea inferiora, & debiliora.*

Semina Milii ☉*is* sunt semina rotunda glabra lævia, splendentia, cinerea durissima saporis farinacei, odoris nullius. In omnibus fere cum lap. ♋ conveniunt, & *in urina, calculoque pellendo exhibentur.* Laudantur etiam in *movendo partu, & gonorrhœa sistenda.*

- - *Napi* sunt semina rotunda, fusca, pericarpio membranaceo siliquoso cum septo intermedio inclusa, subrusa saporis acris amaricantis. In *Variolis & Morbillis expellendis commendantur*, & in reliquis virtutibus *cum sinapi conveniunt.*

- - *Nasturtii* sunt semina parva oblonga sublutea quodammodo compressa, in pericarpio membraceo siliquoso brevissimo cum septo intermedio inclusa, saporis acris amaricantis. Virtutes cum *cochlearia habent easdem*, illa tamen paulo sunt debiliora. *Singulari efficacia* commendantur *in herniis* tam interne, quam externe.

- - *Nigellæ* sunt semina plura angulosa, ac quodammodo rugosa, pericarpio membranaceo quinquecapsulari in summitate totidem corniculis ornato inclusa, saporis subacris. Obblandum ♁ aromaticum commendantur in *in catarrhis & Coryza tam interne, quam externe*, nec non *in mensibus provocandis.*

- - Papaveris *alba* sunt aut *nigra* papaveris hortensis sativi.

- - *Papaveris albi* sunt semina minuta rotunda, rugosa candicantia saporis subdulcis, pericarpio membranaceo in varias cellulas diviso, & operculo tecto inclusa.

- - *Papaveris nigri* sunt semina minuta rotunda, rugosa nigricantia saporis subdulcis, pericarpio membranaceo multis cellulis distincto, & operculo tecto inclusa. Utrumque *opii succedaneum* est constans *oleo crasso*, & *mucagine* ♄ *tuum motum compescente.*

Semi-

Semina Petroſelini ſunt ſemina nuda bina ad ſingulum florem ſtriata minora atrovirentia ſaporis acris. Conveniunt cum radice propria, illa tamen ſunt præſtantiora.

℈ - *Pæoniæ* ſunt ſemina majora ovalia negricantia & ſplendentia pericarpiis ſiliquoſis univalvis incluſa, ſub cortice craſſiuſculo includentia pulpam albam ſaporis nullius. *Emulſiones antepilepticæ* cum aquis convenientibus inde parantur.

℈ - *Pſylii* ſunt ſemina oblonga bina pericarpio membranaceo oblongiuſculo per maturitatem horizontaliter rumpenti incluſa, puliciformia lubrica & lucida ex fuſco punicea ſaporis primum mucilaginoſi, poſtmodum acris & nauſeoſi. Dantur in ſubſtantia a ʒj ad ʒij *purgandi fine, temperandi, & refrigerandi.*

℈ - *Raphani* ſunt ſemina inæqualiter rotunda pericarpio ſiliquoſo fungoſa materia repleto incluſa rutila, parva, ſaporis acris. *Serum craſſum incidunt, & ad vias urinarias deducunt.*

℈ - *Rutæ* ſunt ſemina pericarpio membranaceò duriuſculo quadricapſulari incluſa nigricantia, triangulata atque recurva ſaporis ingrati, odoris gravis. Commendatur ſemen rutæ *ad lumbricos necandos, gonorrhœam ſemen extinguendum.*

℈ - *Seſelios* ſunt ſemina nuda ad ſingulum florem bina ſtriata oblonga, ſaporis acris amaricantis aromatici, *cum dauci ſemine conſpirantia carminativa, & emmenagoga.*

℈ - *Sinapi* ſunt ſemina ſubrotunda acerrimi ſaporis, pericarpio membranaceo ſiliquoſo cum ſepto intermedio duplicem eorundem ſeriem diſterminante incluſa. *Incidunt* hæc ſeorundem ſeriem diſterminante incluſa. *Incidunt* hæc ſeorundem ſeriem diſterminante incluſa. *Incidunt* hæc ſeorundem ſeriem diſterminante incluſa. *Incidunt* hæc ſemina, & *attenuant, carminativa ſunt, diuretica & antiſcorbutica.*

℈ - *Sophiæ chirurgorum* ſunt naſturtii ſylveſtris ſemina minuta rubentia, ſaporis acris fervidi ad naſturtium accedentis. *Acidum*

dum absorbent dysendericum, *urinam & calculum pellunt, ulcera sordida mundant*, corumque acidum corrosivum infringunt.

Semina *Staphisagriæ* sunt semina majora angulosa, nigricantia pericarpio membranaceo ex plurimis siliculis seu corniculis composito inclusa saporis fervidi. *Purgant* nimis vehementer, *apophlegmatisantia sunt, & pediculis exitiosa.*

- - *Tanaceti* sunt semina plura nuda minora non papposa in squamato perianthio latitantia. Cum *semine rutæ & santonici conspirant, uterina, & anthelmintica sunt.*

- - *Thlaspi* sunt semina parva oblonga rufa saporis acris & fervidi pericarpio membranaceo siliquoso brevissimo inclusa cum septo intermedio duplicem illorum seriem disterminante. In *rumpendis abscessibus internis, impellenda urina & mensibus* usurpantur. Externe *ulceribus insperſa ea mundificant, & abstergunt.*

- - *Urticæ* sunt urticæ vulgaris semina parva compressa, lubrica spadicea, lævia saporis subacris & tenuis pericarpio membranaceo connivente inclusa. Gaudent ☉e *diuretico mucagine quadam temperato.* *Laudantur* in specie *in qualibet interna hæmorrhagia.*

LIBER II.

De

Præparatis & compositis.

CAPUT I.

De

Aquis destillatis & Acetis.

PARS I.

De

Aquis destillatis simplicibus.

Aqua Acetosæ & acetosellæ refrigerat, siccat, & potionum alexipharmacarum constituit vehiculum.

- *Betonicæ* ex tota paratur planta, quæ calefacit, siccat, attenuat, diuretica, & cephalica est.
- *Borraginis & buglossæ* refrigerat, humectat, bilem temperat, cor roborat.
- *Cardui benedicti* calefacit, siccat, sudorem movet, & alexipharmaca est.
- *Centaurii minoris* calefacit, siccat, febrifuga est, lumbricos necat.
- *Chelidonii majoris* calefacit, siccat, extergit, ophtalmica est, & visui conducit, ubi catarracta molesta est.
- *Cichorei* refrigerat & humectat, hepatique convenit, & in morbis malignis adhibetur.
- *Cochleariæ* calefacit, siccat antiscorbutica & splenetica est.
- *Euphragiæ* calefacit, adstringit, oculorumque medetur fluxionibus.
- *Fæniculi* calefacit, attenuat, discutit, sudorem movet, oculisque medetur caligantibus, & intestinis flatibus distentis.
- *Florum fabarum* extergit, urinas ciet, fucoque faciei inducendo convenit.
- *Fragorum*, abstergit faciem & cutim, lenit Erysipelacea lentiginosas faciei defœdationes, diuretica est, temperans, & refrigerans.
- *Florum lavendulæ* cephalica est, nervina & roborans.
- *Liliorum convallium* cephalica est, medetur apoplexiæ, & vertigini.

Aqua

Aqua Roſarum refrigerat, cardiaca & cephalica eſt.

- - *Florum ſambuci* emollit, reſolvit, Eryſipelati conducit interne adhibita.
- - *Florum tiliæ* antepileptica eſt, cardiaca & cephalica. Convenit etiam in flatibus puerorum pellendis.
- - *Foliorum quercus* refrigerat, adſtringit, dyſenteriam & hæmorrhagias ſanat.
- - *Fumariæ* bilem temperat, ſudoremque movet in Variolis & Morbillis.
- - *Graminis* diuretica & lithontriptica eſt, aperit, & fluxum ſanguinis ſiſtit.
- - *Hyſſopi* attenuat & incidit materiam craſſam, & tenacem in pulmonibus hærentem.
- - *Lactucæ* refrigerat, humectat, dolores lenit, & ſomnum conciliat.
- - *Malvæ* humectat, emollit, conducit affectibus pulmonum, renum, veſicæ, in dyſuria, calculo phtiſi.
- - *Meliſſæ* cephalica eſt, cardiaca, nervina, uterina.
- - *Mellis* humectat, diuretica & lithontriptica eſt, capillum producit, oculorumque medetur ſuffuſioni.
- - *Menthæ* cephalica eſt ſtomachica, carminativa, uternia.
- - *Papaveris erratici* refrigerat, ſomnum conciliat, dolores lenit, & in pleuritide convenit.
- - *Petroſelini* diuretica eſt & lithontriptica, obſtructionesque reſerat.
- - *Portulacæ* refrigerat, humectat, temperat, ardoremque urinæ lenit.
- - *Pulegii* cephalica eſt, nervina uterina, & in menſtruis, ſecundinisque pellendis egregiam præſtat operam.
- - *Solani* refrigerat, emollit, Eryſipelati, cancroque mamillarum medetur.
- - *Spermatis ranarum* refrigerat, inflammatis & ambuſtis medetur, coſmetica eſt, & faciei ruborem pellit.

PARS II.

De

Aquis compositis.

Aqua alexipharmaca. Optima est quæ vulgo *aquæ prophylactica Sylvii* nomine venire solet, & hunc in modum paratur.

Rec. Nuc. jugland. mense junio collectarum, & cum corticibus contusarum ℔ij.

Melissæ
Rutæ
Scabiosæ
Scord. aa ℥ij.

Concisis affund. aceti vini s.q, destillentur ex cucurbita vitrea satis ampla, nec nimis alta in MB. ad siccitatem fere, & spiritus limpidus in vitro clauso servetur ad usum.

Egregia est hæc aqua prophylactica, *attenuat* siquidem, *incidit*, *penetrat*, *detergit*, *putredinem arcet*, *sudorem movet*, & in febribus malignis, ipsaque peste egregiam præstat operam ab ʒß ad ℥ij exhibita.

- *Anhaltina* duplex est, *completa* nimirum, & *incompleta*, seu cum & sine moscho. Quotidiani usus illa est in *affectibus cerebri*, apoplexia, Vertigine, & paralysi, nec non in dolore dentium, intemperie ventriculi *frigida*, *colica*, *mensium suppressione* in & externe adhibita.
- *Antepileptica* Amstelodamensium describitur a MARGGRAVIO *in materia medica contracta p. m. 166. quem vide.* Egregia est hæc aqua resolvit siquidem, attenuat, incidit, detergit, *stomachica*, *cephalica*, *diuretica*, *antapoplectica*, & *antepileptica* est a ʒij ad ℥ß aut ʒvj. exhibita.
- *Carminativa* hunc in modum parari potest.

Rec.

Rec. Cinamom. ℥iij.
Cardamom. ℥j.
Caſſ. lign. ℥ij.
Sem. aniſ.
fœnic.
cumin.
carvi aa ℥iij
Coriandri ℥ß.
Caryoph.
Caſſ. Caryoph. aa ℥iß
N. M. No vj.

Contuſa groſſo modo infund. in ſ. q. ♈, & deinde deſtillentur l. a.

Propter aromata calida hæc aqua eſt, & ſuaviſſimi odoris, *roborat ventriculum, diſcutit flatus*, & in colica flatulenta uſum habet non contemnendum a cochl. j. ad ij. propinata.

Aqua cephalica, ſeu apoplectica ex cephalicis odoratis & ſapidis parari poteſt: pro ut alibi videbimus, in *capitis & uteri affectibus* non contemnenda, quæ poſtmodum cum ♋ ☉ ♌, ♍ rut. & lavendulæ, vel etiam cum ♋ ♎ mixta *liquorem* conſtituit *cephalicum* WEDELIO uſitatum.

Cinamomi calida admodum eſt, & paratur cum vino, vel etiam ſucco cydoniorum, Borraginis aut Bugloſſæ, pro ut infra videbimus. Convenit hæc aqua in *ſtomacho confortando, & egregium eſt cardiacum.*

Hyſterica ex ſequentibus commode parari poteſt ingredientibus.

Rec. Rad. Bryon. exſiccat
bacc. ſamb. aa ℥ij
Hb. artemiſ.
dictam. n. Cret.
matric.
nepet.
Ocymi.
puleg.
rut.
ſabin. aa m. j.

inciſa g. m. infund. per VII. dies in ☿ ℔ VI. ▽ comm. ℔ij, & abſtrahantur in BM. ℔ IV. in quibus infundantur

Myrrh.
Caſtor. aa ℥ß
Croc. Britan. ℥iij

digeratur hæc maſſa per aliquot dies, & tinctura coletur per linteum ad uſum ſervanda. Intima petit hæc aqua, *reſolvit*, & *aperit, obſtructiones reſerat, urinam, ſudorem & menſes pellit* a ℥ij ad ℥ß exhibita.

Aqua liliorum convallium cum vino interne in vertigine, apoplexia, debili memoria aliisque capitis affectibus commode datur: externe autem cordi, & pulſibus cum fructu applicatur.

- *Meliſſæ & menthæ cum vino* cephalica utraque eſt, cardiaca, ſtomachica, carminativa, & uterina.
- *Maſtichina* ſeu ſpiritus maſtiches compoſitus alibi deſcribendus in morbis ventriculi convenit, & inteſtinorum, vomitu nimirum, diarrhæa, cholera & dyſenteria. Externe etiam calidus ventriculo cum linteamine impoſitus vomitum ſedat, & choleram, tonumque inteſtinorum reſtituit.
- *Theriacalis* ex ſequentibus parari poteſt ingredientibus.

Rec.

Rec. flaved. cort. citr.
rad. petasit.
liquiriz.
pimpinell.
Tormentill. aa ℥ij
℈Angel.
Dict. alb.
Gentian.
Imperator.
Vincetox.
Zedoar. aa ℥j.
Hb. Card. ben.
rut.
scabios.
scord. aa mj.
Sem. acetos.
card. bened. aa ℥ß.

grosso modo concisa & contusa infundantur in ☿ ℔ xii ▽ comm. ℔iij & digerantur per aliquot dies in leni calore destillanda postmodum ex ∴ aut MB. donec guttæ apparere incipiant. Ante quam autem hoc fiat recipiens removeatur & in ⌐ prolecto infundantur

croc. opt. ℥iij
Theriac. ℈Andr. ℥iij
⌐ ♃ *per campanum* ℥ß

digerantur invicem mixta per iii ☌ & colatura servetur ad usum. Diaphoretica hæc aqua est, diuretica & alexipharmaca a ℥ij ad ℥ß convenienti modo propinata.

℈*Aqua pectoralis* infra describenda egregiè convenit in asthmate, aliisque pectoris vitiis.

Stomachalis infra descripta stomachica est, cardiaca, cephalica,

lica, alexipharmaca: & in omnibus morbis frigidis, pituitosis paralyticis, epilepticis, & aliis convenit ad ʒß exhibita.

Aqua Vitæ composita eandem fere virtutum hunc in modum parari potest.

Rec. Cinamomi acuti ʒiij
santal. omn. ʒvj
rad. caryophyllat.
Galang.
Z Z.
cort. citr. exter.
aurant. aa ʒijß
N. M.
cardomom. min.
Macis aa ʒiij
sem. anis.
Dauc. cret.
fœnic. dulc.
cymni. aa ʒjß
fol. Major.
salv.
saturej. aa ʒß
Fl. tunic.
anth.
ros. rubr. aa ʒij.

Grosso modo concisa & contusa infundantur per ll. dies in ℣ opt. ℔ xij ▽ com. ℔ij, & destillentur per arenam aut MB. suspendendo in alembico ambr. gris. mosch. aa ∋ß & ℈ prolectus servetur ad usus supra dictos.

PARS III.

De

Acetis.

Ace-

Acetum anthoſatum paratur infundendo flores anthos per XL. dies ad ☉em in ♄, colando poſtmodum & novis floribus illud infundendo. Cephalicum hoc acetum eſt & cardiacum.

- - *Bezoardicum* infra deſcribendum refrigerat, ſudorem movet & urinam convenienti modo exhibitum, Præſervandi fine etiam adhibetur ſi panis illo humectetur, & ſingulis horis matutinis ſumatur, vel etiam ſpongia illo inebrietur, naribusque offeratur.
- - *Calendulæ* ad eundem modum paratur ut anthoſatum, quod cardiacum eſt, & alexipharmacum.
- - *Cephalicum* infra deſcriptum naribus offerri poteſt apoplexia, epilepſia, aliisque affectibus ſoporoſis correptorum. Interne etiam exhibitum in ejusmodi morbis uſum habet egregium.
- - *hyſtericum* infra deſcribendum in affectibus hyſtericis uſum exſerit non contemnendum externe adhibitum.
- - *Lavendulæ* ex floribus lavendulæ paratur infundendo illos in aceto, quod in morbis capitis uſum habet non contemnendum.
- - *Sambucinum* ad eundem modum paratur virtutem exſerens cephalicam, ſudorificam & alexipharmacam.
- - *Roſarum* paratur ut acetum anthoſatum. Potenter refrigerat hoc acetum, ſiccat, adſtringit cephalicum & alexipharmacum eſt. Uſus hujus & aliorum acetorum eſt in affectibus ſoporoſis, ubi manus & pedes illis fricantur pro excitandis ſpiritibus, & in animi deliquio imponuntur carpis manuum.
- - *Scylliticum* paratur ſequentem in modum

Rec. Scyllarum in taleolas ſectarum, & modice exſiccatarum ℔j.

Aceti vini ℔ VIII. *inſola cola & repone ut antea. Attenuat acetum ſcylliticum, thoracicum eſt & incidens egregium.* Doſ. ʒß.

Acetum Theriacale paratur hunc in modum

v. g. *Rec. Species pro* ▽ *theriacali ſupra deſcriptas contunde groſſo modo & affunde aceti vini* ℔ XV. *infola per* XL *dies, aut digere in MB. per* VIII. *dies exprime per pannum, & colaturam ſerva ad uſum.*

Uſus hujus aceti theriacalis egregius eſt in morborum malignorum curatione ſumendo aliquoties de die cochlear unum, vel etiam illud adhibendo ut ſupra de aceto Bezoardico dictum eſt.

CAPUT II.

De

Oleis deſtillatis, expreſſis, infuſis, & coctis.

PARS I.

De

Oleis deſtillatis.

Oleum baccarum juniperi. Quomodo olea deſtillanda ſint infra docebitur in introductione in chymiam. Hac vice tantum illorum vires perluſtrare animus eſt. Calefacit autem oleum baccarum juniperi, attenuat, ſudorificum, lithontripticum, & alexipharmacum eſt.

- - *Caryophyllorum* calefacit, ſiccat, cardiacum eſt, ſtomachicum & cephalicum.
- - *Cinamomi* calefacit, ſiccat, menſes movet, cephalicum eſt, & uterinum.
- - *Ligni rhodini* calefacit, ſiccat, cephalicum & lithontripticum eſt.
- - *Macis* calefacit & ſiccat protenter, cephalicum eſt, cardiacum, uterinum, ſtomachicum.

Oleum

Oleum Majoranæ calefacit, ſiccat, attenuat, diſſipat cephalicum eſt, & naribus potiſſimum videtur eſſe dicatum.

- - *Nucis moſchatæ* calefacit, & ſiccat cephalicum & ſtomachicum eſt.
- - *Origani Cretici* aperit, uterinum thoracicum & diaphoreticum eſt.
- - *rorismarini* calefacit & ſiccat, uterrium eſt, & cephalicum.
- - *rutæ* ex capſulis ſeminalibus deſtillatum & ſemine ſingularem virtutem obtinet antepilepticam.
- - *ſeminis anethi* calefacit & ſiccat, anodynum eſt, & hyppnoticum.
- - *ſeminis aniſi* calefacit & ſiccat diureticum eſt, carminativum & ſtomachicum.
- - *ſem. carvi* attenuat, diureticum, carminativum & ſtomachicum eſt.
- - *ſeminis fæniculi* aperit, carminativum eſt, diureticum & bechicum.
- - *ſpicæ* urinam & menſes movere ſolet.
- - *corticum citri & aurantiorum* diaphoreticum eſt, lumbricos necat, & venenum pellit.

PARS II.

De *Oleis per expreſſionem paratis.*

- - *Amygdalarum dulcium* ſequentem in modum parari ſolet. v. g.

Rec. Amygd. d. non rancid. q. v.

Minutiſſime contuſas panno aſpero cannabino include & ſine igne prælo oleum ſenſim exprime. Temperatum eſt ℞ amygdalarum dulcium, emolliens, anodynum phtiſicos alens. ab ℈ß ad ʒj exhibitum. Ad eundem modum parantur reliqua fere omnia: uti ſunt.

Oleum Amygdalarum amararum quod attenuat, incidit, extergit, emollit, diureticum est, & anthelminticum.

- - *Hyosciami* ex semine expressum & temporibus illitum somnum conciliat, regioni lumborum gonorrhœam, & menses fistit. Auribus quoque infunditur pro anodyno, & dentium dolori cum lana imponitur.
- - *Lactucæ seminis* refrigerat & gonorrhœæ medetur.
- - *Laurinum* ex insulis Fortunatis affertur quod calefacit, dissipat & emollit.
- - *Macis* calefacit, nephriticum & anticolicam est.
- - *Nucis juglandis* discutit colicam sanat, scabiem tollit antinephriticum & antipodagricum est.
- - *Nucis Moschatæ* flatus discutit, somnum inducit, corpus balsamis præbet.
- - *Ovorum* calefacit, humectat, anodynum & vulnerarium est.
- - *Olivarum* calefacit, humectat, detergit, vomitum movet, vulnerarium & anodynum est.
- - *Omphacinum* seu olivarum immaturarum refrigerat, siccat, adstringit.
- - *Palmæ* ex India affertur, refrigerat, & vices rosati implet.
- - *seminis erucæ* calefacit siccat, aperit, diureticum & uterinum est nec non aphrodisiacum.
- - *Lini* temperatum est, emollit & maturat.
- - *Nigellæ* aperit, diureticum & uterinum est.
- - *Papaveris* humectat, somniferum, anodynum, & narcoticum est.

PARS III.

De

Oleis per infusionem & coctionem paratis.

- - *Absinthii* paratur hu nc in modum ut & reliqua. v. g.

Rec.

Rec. comarum abſinthii virentis inciſarum & contuſarum ℥iiij.
℞ *omphac.* ℔ iij.
Macerentur per xv. dies in ☉e, vel loco calido ter repetendo hunc laborem, & ultimæ infuſioni addendo
ſucci abſinthii ℥iiij.
coquantur leniter ad ſucci conſumptionem. Lumbricos necat hoc oleum, & ſtomachicum eſt egregium.

Oleum Anethinum ex foliis & floribus paratur quod calefacit, humectat, emollit, reſolvit, & quodammodo menſes movet.

- - *Chamæmelinum* ex floribus vulgaris chamæmeli recentibus paratur abjectis foliis albis, deinde inſolatis, non decoctis, & expreſſis, qui labor tribus vicibus erit repetendus. Calefacit oleum hoc modo paratum, reſolvit, & anodynum eſt.
- - *cydoniorum* ex malit cydoneis non excorticatis paratur, quod refrigerat, adſtringit, vomitum ſiſtit, & omnes alvi fluxus.
- - *Hyperici* ex ſummitatibus & floribus paratum attenuat, anodynum eſt, & vulnerarium, ambuſtisque medelam afferens.
- - *Jaſmini* per inſolationem, decoctionem atque expreſſionem paratur quod emollis & digerit, in ſcirrho, pleuritide aſthmate, & catarrhis uſum habet non contemnendum.
- - *Keirinum* ex floribus leucoji luti oritur, & attenuat, digerit, anodynum eſt, menſes movet, & vermes necat.
- - *liliorum alborum* ex floribus paratur virtutem obtinens emollientem & anodynam.
- - *Majoranæ nobilis* attenuat, menſes movet & cephalicum eſt.
- - *Menthæ* roborat & vomitum ſiſtit.
- - *Nymphææ* ex floribus albis & omphacino refrigerat & humectat, eſtque anodynum.
- - *roſaceum* ex roſis rubris apertis & ℞ olivarum maturo paratum refrigerat, adſtringit, repellit, roborat & anodynum eſt.
- - *Scorpionum* ſimplex cum oleo amygdalarum amararum para-

tum calculum pellit renum & veſicæ lumbis illitum, pubi & peritonæo. Convenit etiam in morſibus venenatis, & illinitur pectori & regioni cordis.

Oleum Verbaſci ex floribus & ♃ olivarum maturo emollit, thoracicum eſt, antipodagricum, in & hæmorrhoidibus convenit. Sequentia olea magis ſunt compoſita.

- - *Capparum* hunc in modum in officinis parari ſolet. v. g.

Rec. cort. rad. cappar. ℥j.
tamariſc.
rad. cyperi
Sem. ayni caſti
fol. ſcolopendr. aa ℥ij
rut. ℥j.
aceti vini
vini optimi aa ℥ij
♃ Olivar. matur. ℔j.

Coquantur in duplici vaſe ad vini & aceti conſumptionem, colentur, & exprimantur. Oleum capparum attenuat, aperit, & emollit ſcirrhos.

- - *crocinum* pro emplaſtro e ranis ita parari ſolet. v. g.

Rec. Croc. britan.
Cardamom.
rad. acor. aa ℥j
Myrrh. ℥ß

Infundantur in aceti ſ. q. per VI. dies, deinde adjiciatur ♃ *oliv.* ℔iß.

Coquantur leni △e ad aceti conſumtionem, exprimantur, & oleum aduſum ſervetur quod calefacit, attenuat & emollit.

- - *Lumbricorum terreſtrium* a pharmacopæis ita paraturv.g.

Rec. lumbr. ♁eſtr. vino albo lotorum ℔ß.

♃ *oliv.*

℥o *oliv.* ℔ij
vini albi ℥iiij.

Bulliant ad vini conſumtionem colentur & exprimantur, oleumque hoc modo paratum ad uſum ſervetur, quod calefacit fumectat, & anodynum eſt.

CAPUT III.

De

Spiritibus vinoſis, urinoſis, & acidis, & acidis.

Spiritus ceraſorum nigrorum cephalicus eſt, epilepſiæ & apoplexiæ medetur, aliisque affectibus ſoporoſis.

- *Cornu cervi* eſt remedium penetrantiſſimum & nobile cephalicum, nervinum & acetu pharmacum.
- *cornu cervi ſucci natus* antiſpasmodicus eſt, nervinus, autepilepticus, hyſtericus & alexi pharmacus. Idem dicendum *erit* ♃ *CC. balſamico.*
- *Formicarum* aphrodiſiacus eſt, antiarthriticus, cephalicus & & confortans memoriam.
- *Fuliginis* alexipharmacus eſt, diaphoreticus & in ſpecie laudatur in pleuritide curanda.
- *Inniperinus* diaphoreſin excitat, & diureſin, calculum pellit, nephritidem curat.
- *Lavendulæ* cephalicus eſt, nervinus, & uterinus.
- *Liliorum convallium* confortativum memoriæ, & ſedativum convulſionum & ſpaſmorum.
- *Lumbricorum terreſtrium* nervinus eſt antiſpaſmodicus, & ſpecificum in ſcorbuto & arthritide.
- *Meliſſæ & Menthæ.* Uterque hic ſpiritus cephalicus eſt, cardiacus, nervinus, ſtomachicus, carminativus, uterinus.
- *Mineralis* ſeu dyſſus ☿ ♀atus urinam movet, ſudorem promovet,

vet, refrigerat & alvum apertam ſevat febricitantium, quorum potui infunditur.

Spiritus Nitri uſus præcipuus eſt in febribus malignis in Julapiis. Porro convenit egregie in colica flatulenta, typanite, & calculo; ſed quia eſt minis corroſivus ſolet duplicari cum ℣ dicitur-que *ſpiritus nitri dulcificatus* in expellendis flatibus, & colica ſedanda egregius.

- - *Salis ammoniaci* potenter attenuat, incidit, reſolvit, fermenta accida temperat, & extinguit, aperit & Hyſtericis, Epilepticis, Apoplecticis, febricitantibus & Aſthmaticis convenit ad ℈ß exhibitus. Additur in ejus deſtillatione aniſum, cavendula, ſuccinum, nec non varia aromata, aut etiam illorum ℥a, indeque ☋⊖☽ *aniſatus, lavendulatus, ſuccinatus, aromaticus* & *oleoſus* aut ⊖ *volatile oleoſum* nuncuparur, viresque inde acquirit majores.

- - ⊖ *communis* duplex eſt ſimplex nimirum aut dulcificatus. Refrigerat uterque, ſiccat, aperit, renes & veſicam purgat, attenuat, hydropicis conducit, humorumque putredinem arcet. Doſis ejus ſunt gtt. XII.

- - *ſulphuris* refrigerat ſiccat, putredinem arcet, urinam pellit, bilem temperat. Doſ. gtt. VI. X. XII.

- - *Tartari* calefacit attenuat, aperit, digerit diaphoreticus eſt, diureticus, nervinus &c.

- - *Terebinthinæ* emollit, conſolidat vulnera, calculum pellit, medetur Aſthmati, Empyemati, flatibus, doloricolicico.

- - *Vegetabilium acidi & urinoſi.* Vegetabilia accidos etiam largiri ſpiritus infra in introductione ad chymiam ad oculum demonſtrabimus: verum inter illos exiguam intercedere differentiam arbitror ita ut non opus videatur tantos impendere ſumptus pro præparandis his ſpiritus quia acetum loco omnium eſſe poteſt. Præter hos ſpiritus acidos vegetabilium parant etiam chymici recentiores *urinoſos vegetabilibus*, prout infra pluribus explicabimus, qui plerumque ſuorum ſim-

ſimplicium obtinent virtutes, nec non cum aliis urinoſis animalium communes.

Spiritus Vitrioli refrigerat, ſiccat, adſtringit, & easdem fere cum ♑ ♁ habet virtutes. Oleum ♁ ſ. ♑ concentratus eſcharoticum eſt & cathæreticum inſigne.

- - *Vitrioli philoſophici* eſt ſpiritus ♁is, & cum illo vires habet easdem. Agmen denique ſpirituum claudit.

- - *Vini* ſimplex, & camphoratus. Simplex temperat egregie acidum in corpore, movet urinam & ſudores. Cæterum eſt menſtruum pro extrahendis corporibus ♀eis & ☉oſis. Rectificatur interdum ♁e ♀, & tunc dicitur ♆ ♀ *ſatus* qui multis uſibus inſervit. Additur etiam illi *camphora* & virtutem acquirit diſcutientem egregiam, reſolventem, anodynam &c.

CAPUT IV.

De

Salibus volatilibus, fixis, & mediis.

Sal abſinthii attenuat, incidit, reſolvit, aperit, humores fundit, acidum alterat, & extinguit: unde ſudori movendo, febribus curandis, obſtructionibus reſerandis confert, urinam præterea, & menſes pellit a ℈ß ad ℈j exhibitum. Modum hoc & alia ſalia parandi alio loco dabimus.

- - *Acetoſellæ* easdem obtinet virtutes in ſpecie autem in morbis hepatis convenire creditur, cujus calidam intemperiem refrigerat.

- - *Antifebrile* nihil aliud eſt quam ♁ digeſtivum Sylvii ex capite mortuo ♑ ♁ ✳ cum ☾e ♀ deſtillati elutriatum elixiviatum, cryſtalliſatum. Incidit hoc ♁ & attenuat potenter humores pituitoſos & craſſos, corrigit acidum, hinc in febribus lentis & pituitoſis erit commendatiſſimum. Doſis ejus eſt a ℈j ad ʒß usque.

Sal Artemiſiæ convenit in menſium ſuppreſſione, partu difficili, & expellendo fœtu mortuo.

- - *Cardui benedicti* easdem quas ⊖ abſinthii obtinet virtutes, & celebre eſt pro uſu diaphoretico & antifebrili.

a - *Centaurii minoris* habet vires ſalis abſinthii & cardui benedicti.

- - *Eſſentialia* alibi deſcribenda in praxi ſelectiori non ſunt ita neceſſaria cum proſtent alia magis, & facilius parabilia.

- *Euphraſiæ* laudem inſpecie meretur in ophtalmia, aliisque oculorum affectibus.

- - *Fumariæ* ſpleneticum eſt, & in ſanguinis impuritatibus præſcribitur ut ⊖ abſinthii vel cardui benedicti.

- - *Fabarum* paratur ex illarum ſtipitibus, quod diureticum eſt, & in hydrope convenit, & urinæ ſuppreſſione.

- - *Geniſtæ* ut reliqua paratur virtutem præ cæteris poſſidens aperientem.

- - ☉ aut *lapis prunellæ* hunc in modum paratur. Rec. ☉ puriſſimi ℥iij inde crucibulo mundo, quod repone ſuper accenſis carbonibus ut inſtar aquæ fluant: quo facto injice florum ♃is pulveriſatorum ʒiſs per vices. His combuſtis remove crucibulum, & ☉ fluidum more conſveto effunde. Refrigerat hoc ☉ repellit, adſtringit, bilis furorem compeſcit, ſanguinem incraſſat: unde dyſenteriæ & hæmorrhagiis medetur a ʒj ad ad ʒſs exhibitum.

- *volatile CC* hunc in modum poteſt parari v. g. Rec. raſ. CC q. p. repleatur retorta cum illa ad collum usque, & deſtillentur ex ∴ △e fortiſſimo. Obtinebis hoc modo ♍ fætidiſſimum ♎ & ʒ ⊖ volatile hinc inde adhærens lateribus recipientis, quod cum ♍o & ♎ permixtum miſceatur cum ♁ ad gryſeum ad gryſeum colorem calcinato ut fiat maſſa arida & ſicca. Sublimetur illa denuo ex phiola vitrea & ⊖ CC. obtinebis albiſſimum & rectificatum per ſe aut cum ♎ ſequente conjunctim ad uſum ſervandum. Eſt laudatiſſimum ſudoriferum,

rum, cephalicum, uterinum, in affectibus capitis aliisque morbis catarrhalibus & epilepticis. Plura de ☉ibus volatilibus vide infra in introductione ad chymiam.

Sal Volatile succini usum habet egregium & non satis laudandum in passione Hysterica, obstructione mensium, epilepsia, apoplexia, suppressione urinæ, hydrope a gr. VI. ad XX. modo conveniente adhibitum.

- - *Tartari* corrigit acidum vitiosum, incidit & attenuat humores crassiores, & est præstantissimum digestivum & diureticum.

- - ☿℞*atum* est medicina frequentissima medicorum modernorum, cum inter digestiva sibi vix inveniat par, attenuat siquidem, incidit obstructionesque reserat, ita ut fere digestivum universale audiri queat. Ut stimulus insuper purgantibus additur, & quarta illorum pars sæpius poterit sufficere.

- - ℞ *vomitivum* est emeticum violentius, nec tuto semper datur: nihil ominus tamen in morbis contumacioribus, quartana, singultu & aliis usum habet egregium.

CAPUT V.

De

Tincturis, Essentiis & elixiriis.

PARS I.

De

Tincturis.

T*Inctura antimonii* optima est quæ ab *excellentissimo STAHLIO* acris dicitur, & ex scoria succinea reguli ☉☿tialis cum ♈ anisato aut alio oleoso extrahitur. Est illa celebre putificativum sanguinis potissimum in scabie, & affectibus splenecticis. In

scorbuto porro virtutem exserit egregiam, in ulceribus tibiarum manantibus, in colica, aliisque affectibus.

Tinctura Antiphtisica Miachaelis paratur sequentem in modum v. g.

I. Rec. ℞ ♂*tis ad rubedinem calcinati q. v.*

II. Impastetur ⊖☿ *essentiali, & admisceatur s. q. sach.* ♄.

III. Affundatur ♈ *& extrahatur tinctura.*

Constringit hæc tinctura, demulcet, & temperat, usumque habet egregium in phtisi sistendo sudores colliquativos.

Tinctura Aperitiva Mœbii est ☋ ⊖ refractus & tinctus. Refringitur ille ⊖☿, ☋ ⊖ ☿ volatili, pulvere vitri, aut alio alcalico, & tingitur torna ☉is, vel floribus violarum, aut horum tinctura. Est hæc tinctura panacæa hypochondriaca, confortat fermentum stomachale, excitat appetitum, discutit flatus, aperit venas mesenterii & lacteas, pellit ☿ hypochondriorum, aperit lienem & obstructiones hepatis, sistit sitim & calorem internum p. n., pellit ☐m & calculum, præservat a putredine, fovet calorem naturalem, cum fructu adhibetur contra hydropem, cachexiam, pallorem icterum, colicam febres &c. Vid. *Exc. WEDELIUS in amœnitatibus materiæ medicæ p. m.* 179. *sq.*

Tinctura Bezoardica vulgaris est mixtura simplex colorata. Melior proinde potest parari ad mentem WEDELII hunc in modum. v. g.

Rec. rad. Zedoar.
Gentian.
angelic.
anthor.
contrajerv.
carlinæ
bistort.
diptamn. alb.

tor-

tormentill.
scorzon. Ital. mont.
Vincetox.
oelsnit. aa ℥j
fl. galeg.
ulmar.
scabios.
rut. aa ℥ß
sem. frax
card. ben.
rut. aa ℥ij
bacc. parid. ℥iß
cubeb.
gran. cherm.
opobals. aa ℥ß
cort. citr. ℥vj.
camph.
Myrrh. elect. aa ℥j
croc. ℥j.

Concis. contus. g. m. affund. ☞ Bezoardicus ex fl. samb. & cort. citr. q. s. Cum per aliquot dies steterit in leni digestione add. ☞ ⊖ striat ℥ij sandal. rubr. ℥iß. Tinctura saturata decantetur, & servetur ad usum in febribus continuis & malignis, Variolis, morbillis, peste, pleuritide, febribus puerperarum, doloribus capitis, erysipelate, dysenteria, inflammationibus, defluxionibus catarrhalibus, casu ab alto, & ubi alias sudore opus est probatissimi usus.

Tinctura coralliorum a nonnullis sequenti modo paratur Rec. corall. rubr. in pollinem subtiliss. tritor. q. p. affund ℥ therebinth. junip. vel butyr. relinque in digestione, & sic omnis rubedo extrahitur ex coralliis, decantetur menstruum & affundatur ☿ qui omnem tincturam in se suscipit. Optima fit sequentem in modum Rec. butyrum non salitum, cui affun-

datur ☿ tamdiu donec butyrum omni orbatum ſit colore. Hoc butyrum affundatur coralliis, & ſic omnem extrahet rubedinem, quam in ſe deinde recipit alcohol vini, & ſic vera erit coralliorum tinctura parata egregrium conſtituens cardiacum & adſtringens.

Tinctura Florum aquilegiæ ſpecificum eſt in Variolis & Morbillis: de qua videatur WALDSCHMIDIUS inpeculiari hac de re ſchediaſmate.

- *IV. florum cordialium* cordi dicata eſt: quod ipſum nomen indicat.
- *Florum papaveris erratici* ſanguinis æſtum temperat, dolores lenit, ſomnum inducit, & in pleuritide uſum habet egregium.
- *Florum roſarum* temperat ſanguinis æſtum in febribus, appetitum reſtaurat, vires recreat præſertim ubi opus eſt adſtrictione cum ſyrupo corall. exhibita.
- *Martis.* Variæ hujus reperiuntur deſcriptiones, nec contemnenda eſt ſequens. v.g.

  Rec. limat. ♂tis puriſſimæ ℥j vini Moſellani ℥x. miſce in vitro clauſo ſtent per VIII. *♀d in digeſtione tunc vinum rubellum decantetur & ad uſum ſervetur. Huc pertinet etiam.*

- *Vitrioli ♂tis* hunc in modum paranda

  I. Rec. ♃ *fol.* ♀ ℥vj *& liqueſiant ſupra* △*em.*

  II. Admiſceantur ☉ *♂tis ad rubedinem calcinati* ℥iiij *& de removeantur ab igne.*

  III. Reponatur hæc maſſa in locum humidum ut efflореſcat & rabicunda evadat.

  IV. Affundatur ☿ *cinamomiſatus & tinctura extrahatur.*

Utra-

utraque hæc tinctura aperit, detergit & acidum absorbet: unde obstructiones reserantur, alvus laxatur, & cachexia curatur.

Tinctura Tartari incidit, attenuat, aperit, diaphoretica est, diuretica & nephritica.

PARS III.

De *Essentiis.*

Essentia Absinthii composita huncin modum parari potest. v. g.

Rec. rad. galang
Zedoar.
Summit. absinthii per immersionem levem in ▽m calidam correctarum aa ℥j
acor. ver. ʒvi.
fl. cent. minor. ℥ß.
cass. caryoph.
lign. colubr. amar.
chin. de chin. aa ℥iij
cort. citr.
aurant.
rhabarb. Alex. aa ʒij
Macis
N. M.
Caryoph. aa ʒiß
Cost. ver.
Schænant aa ʒj.

Concis. contus. gr. m. extrah. cum ☿ rectif. vel appropriato ☋ ⊖ acidulo, facile cum liquore ♂tiali in Tram ♂tis absinthiacam redigenda. Polychresta hæc essentia est inventriculi affectibus, cruditate acida, pituitosa & biliosa, in febribus intermittentibus, flatibus, & affectu hypochondriaco.

Es-

Eſſentia Ambræ poteſt parari cum ☿ ♀ſato, & nobile eſt medicamentum cerebro & cordi dicatum. Præſervat ab apoplexia & vertigine, confortat memoriam & ſanitati eſt utiliſſima.

- - *Anodyna* ex opio parari poteſt per fermentationem cum ſucco cydoniorum vel etiam hunc in modum v. g.

Rec. op. thebaic. ℈j.
croc. brit. ʒij
℞ *cinamom.*
caryoph.
cort, citr. aa gtt. vj.

Vini Hiſpanici q. ſ. f. l. a. eſſentia, aut ex ſolo opio cum aceto deſtillato. Hypnoticæ ſunt hæ eſſentiæ, anodynæ & narcoticæ, ſupplentq; vicem laudani opiati in potiunculis & aliis liquoribus.

- - *Bezoardica* infra deſcribetur easdem vires cum tinctura bezoardica ſupra deſcripta poſſidens.

- - *Carminativa* infra deſcribitur conſtans ex aromaticis carminativis: hancque ob cauſam incidit, aperit & ventriculi medetur cruditatibus, flatus pellit, tonumque inteſtinorum reſtituit.

- - *caſtorei* ſequentem in modum parari poteſt v. g.

Rec. caſtorei radula inſcobem redacti, aut in mortario conquaſſati ℈ß.

Inde phiolæ oblongæ, & affunde ☿ rectificati ℥iij & ♌♎☀ cum ♆ parati ℥j digeratur hæc maſſa quo diutius eo melius, & deinde liquor tinctus per linteum coletur & ad uſum ſervetur. Calefacit autem eſſentia caſtorei, aperit, hyſterica eſt, antepileptica, antapoplectica & doſis a gtt. vj. x. xij. ad ʒj.

- - *citri* ſolet aſſervari in forma liquida; ſed præſtat ſicca extemporanea ex ſacharo cum ♌ citri parata. Ex hac vinum poteſt parari citratum ſi a ʒß ad ʒj. in illud injiciatur, ſic gratiſ.

tissima fragrantia vinum imprægnabitur, eritque egregium cordiale, anticolicum stomachicum, cephalicum &c.

Essentia Cinamomi potest sequentem in modum parari usus non contemnendi v. g.

Rec. cinamom. acut. in mort conquass. ℥ij ℣ *rectificati* ℥viij.

Injiciatur cinamomum phiolæ oblongæ, cui postea affundatur ℣, claudaturque phiolæ collum vitro alio inverso accurate adaptato. Ponatur hoc vitrum in ♨ calidum per VIII. dies & noctes, eoque facto leniter inclinata phiola effundatur tinctura & usui servetur. Calefacit hæc essentia, stomachica, uterina, cardiaca, & cephalica est a ℥ij. ad ℥ß. exhibita.

- - *croci* paratur ad eundem modum ex croci Britannici ℥j cum ℣ rect. ℥vj, quæ sudorifera est, emmenagoga, anodyna, & stomachica a gtt. vj. ad x propinata.
- - *Myrrhæ* ad eundem modum parari potest cum ℣ ☿saro quæ aperit, attenuat, putredinem arcet, & in febribus malignis usum habet egregium.
- - *Traumatica.* Hujus descriptionem videbimus alio loco, illius vires nomen indicat.
- - *Vegetabilium reliquorum* ad hunc modum, vel etiam alibi tradendum facile fieri poterunt virtutibus suorum simplicium respondentes.

PARS III.

De

Elixiriis.

ELixir *cephalicum* alio describemus loco, vel etiam fieri potest ad mentem *excell.* WEDELII hunc in modum. v.g.

Rec. rad. pæon. mar. ℥j.

galang.

Valerian.
doron.
fl. roriſmar.
mar. ver.
ſalv. aa ℥ß
fl. anth.
lavend.
lil. convall.
poeon.
ſtæch. Arab.
beton. aa ℥ij.
cubeb.
ſuccin. aa ℥vj.
viſc. coryl.
lign. Al.
ladan aa ℥iiß.
coſt. ver.
anacard. aa ℥ß.

Conc. extrahantur cum ☌ ℞ cephalico. Roborat hoc Elixir ☌ animales, diſcutit, demulcet & ſvaviter afficit membranas & meninges fibrasque nerveas, diſſipat, corrigit, porosque cerebri & nervorum occluſos dilatat.

Elixir pectorale alibi deſcribemus, cujus vires nomen ſatis innuit.

- - *prohylacticum* alio loco ſimiliter deſcribemus, quod præſervando & curando uſum habet egregium.

- - *proprietatis* optime ſequentem in modum parari poterit. v. g.

Rec. Aloes
Myrrhæ aa ℥ß.
croci ℥iij.

Contuſa humectentur ℞ ☿ per deliquium ut acquirant formam pultis, affundatur ☿, & procedatur ut ſupra de eſſentia cinamomi diximus, & habebitur verum elixir proprietatis,

cu-

cujus ingredientia centraliter sunt soluta. Tali modo paratum elixir proprietatis cruditatem accidam potenter corrigit & omnibus morbis inde natis resistit, mensium suppressioni, anorexiæ, affectibus hypochondriacis & febribus quartanis a gtt. xv. ad xxx. exhibitum.

Elixir stomachicum alibi describendum vires habet easdem.

- - *Uterinum* alio describemus loco, vel potest etiam ad mentem WEDELII sequens fieri. v. g.

Rec. rad. pæon. mar.
succini flavi
Myrrh. elect.
castor. aa ʒj.
Zedoar.
galang.
rad. Diptamn. cret aa ʒß.
bacc. laur.
anthophyll. aa ʒij.
croc.
camph. aa ʒj.

Concisa contusa g. m. extrahantur cum ℣ vel roriſmarini q. q. Usus elixiriorum uterinorum in affectibus Hystericis est egregius. Laude enim digna sunt in mensium suppressione, fluxu albo muliebri, passione hysterica partu difficili &c.

CAPUT VI.

De

Extractis, conditis, conservis & syrupis.

PARS I.

De

Extractis.

Extractum absinthii est laudatissimum stomachicum & hepaticum & convenit cum viribus sui simplicis, quæ jam notæ erunt.

- *Agarici* datur ad ℈ij in affectibus capitis pituitosis.
- *Angelicæ* est alexipharmacum curans & præservans in morbis malignis: adhibetur etiam in morbis uterinis, paralysi & & apoplexia ad ℈j.
- *Baccarum juniperi* egregie convenit in cachexia, hydrope, calculo, ventriculi debilitate mensium suppressione &c.
- *calami aromatici* cerebro & ventriculo dicatum est ad ʒß exhibendum.
- *Cardui benedicti* antifebrile est, diaphoreticum, alexipharmacum in pilulis aut potione exhibitum.
- *Castorei* in forma pilulari conceditur in affectibus cerebri & uteri, in morbis convulsivis, mensium suppressione, passione hysterica, vertigine &c.
- *Cichorei* corrigit calidam hepatis intemperiem.
- *Croci* est anodynum & dolores mitigat, medetur mensium suppressioni, catarrhis, & morbis pectoris.
- *Esulæ* in hydrope in usum vocatur propter expurgationem seri ad ℈j.
- *Gentianæ* laudatur a medicis in quartana ad ℈j in pilulis exhibitum. Commendatur etiam in affectibus splenticis, mensium suppressione, vulneribus ulceribus &c.
- *Hellebori nigri* laudem adhuc meretur in melancholia, affectibus Hypochondriacis aliisque morbis, qui foventur ab intemperie sanguinis acida crassa & viscida.
- *ligni Aloes* in affectibus capitis valde proficuum est maxime in vertigine, exhilarat etiam cor.
- *ligni colubrini* est specificum antiquartium ante paroxysmum a ℈ß ad ℈j exhibitum.
- *Liliorum convallium* multum præstat in affectibus capitis, medetur etiam vertigini, succurrit memoriæ sedat dolorem capitis in pilulis exhibitum.

Ex-

Extractum Liquiritiæ in tussi præscribitur, raucedine & aliis affectibus pectoralbus.

- *Melissæ* cerebro dicatum est, cordi & utero: haneque ob causam in passione hysterica, mensium obstructione commode datur ad ℈j.
- *Menthæ* cum extracto melissæ convenit.
- *Panchymagogum Crollii* familiarissimum purgnas est, quod in omnibus fere morbis rutissime potest dari a ℈j ad ʒß.
- *Laudanum opiatum* paratur extrahendo opium cum succo cydoniorum per fermentationem inspissando & miscendo cum croco & castoreo. Est hoc laudanum opiatum sacra anchora in compescendis doloribus, vigiliis, nimiis excretionibus a gr j ad ij.
- *Tormentillæ* convenit in dysenteria & nimio mensium fluxu in & externe.
- *Turpethi* est purgans hydragogum ad ʒß exhibitum.
- *Zedoariæ* est egregium remedium contra lumbricos, cruditatem acidam, flatus &c.

PARS II.

De

Conditis.

Conditura non semper uno, eodemque modo perficitur. *Radices cortices, caules & fructus duriores* coquuntur prius admollitiem, excipiuntur aqua & sacharo albumine ovi clarificato, & coquuntur simul ad syrupi consistentiam. *Flores & fructus molliores* sacharo clarificato ad syrupi consistentiam fere cocto, & per semihoram ab igne remoto immittuntur & postea bulliunt ad syrupi consistentiam. Et hoc modo parantur.

- *Radices Acori*, quæ radices conditæ calefaciunt, incidunt & stomachicæ sunt.

Conditæ radices Cichorei quæ refrigerant, & bilem temperant.
- - *Enulæ campanæ*, quæ thoracicæ ſunt, ſtomachicæ, & alexipharmacæ.
- - *Eryngii*, quæ aperiunt, Venerem ſtimulant, urinam movent, renes & veſicam purgant.
- - *Satyrii* quæ humectant, & Venerem excitant.
- - *Scorzoneræ* quæ calefaciunt, melancholiæ, Epilepſiæ, vertigini, & uteri ſuffocationi medentur, & alexipharmacæ ſunt.
- - *Symphyti* quæ ſanguinem ſiſtunt & vulnera conglutinant.
- - *Zinziberis* quæ calefaciunt, ſiccant, ſtomachicæ ſunt & thoracicæ.

Conditi cortices arantiorum calefaciunt, ſiccant, peſti & flatibus reſiſtunt.
- - *citriorum* idem præſtant.
- - *Caules lactucæ* refrigerant, humectant, ſitim tollunt.
- - *Flores arantiorum & citriorum* attenuant, cardiaci ſunt, cephalici, diaphoretici, alexipharmici.
- - *Fructus Berberum* refrigerant & humectant.

Condita Ceraſa dulcia humectant, cephalica ſunt, malignitati reſiſtunt.
- - *Ceraſa armena* refrigerant, ſiccant, cardiaca ſunt & ſtomachica

Conditæ Myrabolani ſtomachicæ ſunt, temperantes bilem, pituitam & Melancholiam.
- - *Nuces juglandes* ſtomachicæ ſunt, menſes cient, flatus, & colicum dolorem pellunt.

Condita Nux moſchata adſtringit vomitum ſiſtit & ſtomachica eſt.
- - *Ribeſia* refrigerant & humectant.
- *Caro & Myva* cydoneorum refrigerat, ſiccat, adſtringit, ſtomachica eſt.

PARS

PARS III.

De *Conservis.*

Conserva Florum betonicæ cephalica est & stomachica.
- *Borraginis* temperata est, melancholiam pellit, cordisque affectibus medetur.
- *Calendulæ* cardiaca, & alexipharmaca est, & menses movet.
- *Caryophyllorum* cardiaca, & cephalica est.
- *Cichorei* refrigerat, extenuat & hepatica est.
- *Euphragiæ* calefacit, siccat, cephalica & ophtalmica est.
- *Malvæ* calefacit, humectat, emollit, & thoracica est.
- *Nymphææ* refrigerat, humectat, somnum conciliat.
- *Pæoniæ* cephalica est & antepileptica.
- *rosarum pallidarum* bilem purgat ad ʒiiii exhibita.
- *rosarum rubrarum* siccat, adstringit, cephalica, & cardiaca est.
- *anthos* calefacit, siccat cephalica & cardiaca est.
- *salviæ* calefacit, siccat, cephalica & uterina est.
- *symphyti* calefacit, siccat, vulneraria & thoracica est.
- *Violarum* refrigerat, humectat, cardiaca & thoracica est.
- *Herbæ absinthii* calefacit, siccat, attenuat, aperit, hepatica, stomachica, & splenetica est.
- *Acetosæ* refrigerat, aperit, cardiaca, hepatica & alexipharmaca est.
- *Fumariæ* aperit obstructiones.
- *Melissæ* cardiaca, cephalica, & stomachica est.
- *Menthæ* calefacit, adstringit, stomachica & cephalica est
- *Trifolii acetosi* refrigerat, adstringit, stomachica & cephalica est.

PARS

PARS IV.

De

Syrupis.

Syrupus acetosus refrigerat, attenuat, incidit, sitim tollit.

- *succi acetosæ* refrigerat, incrassat, in febribus malignis, pestèque convenit.
- *Acetositatis citri* refrigerat, & in febribus malignis & pestilentibus conducit.
- *Syrupus Agrestæ* refrigerat, adstringit, vomitum & alvum sistit, sitimque & æstus tollit.
- *Althææ Fernelii* temperatus est, laxat, emollit, purgat leniter pituitam, renes a lanie & arenulis liberat, urinæ ardorem demulcet.
- *Artemisiæ Fernelii* calefacit, aperit, incidit, menses movet, hystericis convenit.
- *Betonicæ* calefacit, aperit, abstergit, cephalicus & uterinus est menses leniter movens.
- *Borraginis* humectat, melancholiæ, syncopi, palpitationi cordis convenit.
- *Capillorum Veneris* temperatus est, incidit, attenuat, aperit.
- *Caryophyllorum* calefacit, siccat, attenuat, incidit, cardiacus, stomachicus, uterinus, cephalicus est.
- *de Cinamomo* incidit, cardiacus, uterinus & cephalicus est.
- *Coralliorum* refrigerat, detergit, aperit urinam movet, obstructiones reserat, hypochondriacis conducit, fluxum alvi immodicum compescit.
- *Cichorei cum rhabarbaro* refrigerat, aperit, bilem purgat, omni ætati, sexui convenit, etiam infanti bimo ad ℥jß oblatus.
- *Cydoniorum* adstringit & ventriculum roborat vomitum & alvi fluxus sistit, in sanguinis sputo, hæmorrhoidum & mensium fluxu conducit, dysentericis & cæliacis confert.

Sy-

Syrupus Diacodion. Incraſſat catarrhos in pectus depluentes, hypnoticus eſt, anodynus & humores acres & calidos denſans.

- - *Fumariæ* purgat blande per alvum, aperit, conducit affectibus cutaneis, & qui ab humore ſalſo oriuntur. Doſis ʒiij.
- - *Glycyrrhizæ* calefacit, humectat, incidit, abſtergit, bechicus eſt, & expectorationem juvans.
- - *Granatorum acidorum* refrigerat humectat, putredinem arcet, fluxum ventris & vomitum ſiſtit, & cardiacus eſt.
- - *dulcium* humectat, expectorationi & febribus convenit.
- - *Hyſſopi* attenuat incidit abſtergit renes & veſicam, bechicus eſt, confert in Aſthmate & tuſſi, menſesque ciet.
- - *Jujubinus* refrigerat & incraſſat tenues humores, raucedinem vocis tollit, tuſſim & pleuritidem ſanat, ſputum movet & educit.
- - *Limonum* refrigerat, incidit, cor confortat, febribus peſtilentialibus, continuis & cardialgiæ medetur.
- - *Menthæ* temperatus eſt, adſtringit ſtomachicus eſt. Vomitum, ſingultum, & alvi fluxum ſiſtit.
- *Myrtinus* refrigerat, adſtringit, thoracicus eſt, fluxum alvi & ſanguinis ſiſtit, ventriculumque roborat.
- - *papaveris ſimplicis* refrigerat & humectat, bilem temperat & lenit, ſitim extinguit, thoracicus & hypnoticus eſt.
- - *erratici* refrigerat, adſtringit, incraſſat convenit in febribus ardentibus, peripneumonia & pleuritide, bechicus eſt & hypnoticus. Doſ. ʒiſs.
- - *Portulacæ* potenter refrigerat, emollit, incraſſat & vermes necat.
- *Quinque radicum* attenuat & incidit craſſos humores, movet urinam, menſes & calculum pellit, & Ictero conducit.
- - *Roſarum ſiccarum* adſtringit, alvi fluxum, vomitum, & uteri fluorem ſiſtit, ulcera detergit & conglutinat.
- - *Roſarum ſolutivus* purgat per alvum bilem ac ſeroſos humores ad ʒiij exhibitus.

Syrupus roſarum cum ſenna purgat bilem melancoliam & ſerum. Doſ. ℥ij.

- - *Scabioſæ* apoſtemata purgat, thoracicus eſt, in pleuritide & malignis febribus convenit.
- - *ſtæchatis* cephalicus eſt, epilepſiæ, ſpaſmo, tremori & omnibus affectibus frigidis convenit.
- - *Symphyti Fernelii* temperatus eſt, abſtergit blande, vulnerarius eſt, & convenit tabidis.
- - *Violarum* refrigerat, humectat, emollit, pleuritidi, tuſſi, urinæ ardori & dolori nephritico conducit. Huc pertinet etiam

Oxymel ſcilliticum quod ita paratur Rec. Mellis optimi deſpumati q. v. ♆ ſolvatur ſuper cineres calidos in vaſe fictili, ſoluto admiſce, ſcillini q. ſ. ut ſine coctione agitando recipiant conſiſtentiam Syrupi. Potenter illud incidit craſſos humores, atque ita epilepſiæ, vertigni, & hemicraniæ medetur.

CAPUT VII.

De

Sublimatis, præcipitatis, & calcinatis.

PARS I.

De

Sublimatis.

§. 1.

Butyrum ☿ eſt liquor gummoſus albicans, & gravis hunc in modum parandus. Rec. ☿ minutiſſime pulveriſati ℥iij. ♑ ℥vj, miſce exacte in mortario vitreo piſtillo vitreo donec in unam maſſam abierint. Hanc maſſam inde retortæ vitreæ parvæ collo amplo & brevi inſtructo, & repone in cellam per xxiv. horas: quo facto deſtilletur ex ∴ donec nihil amplius prodeat. Liquor gummoſus chirurgis inſervit in extirpandis partibus gangræna, aut ſphacelo obſeſſis. Habet enim *vim cathereticam abſumendi, rodendi* ob copioſum acidum ♁is & ℞ quo imbutum eſt.

§. 2. *Cin-*

§. 2. *Cinnabaris antimonii* eſt ſubſtantia ad metallicam accedens naturam rubeſcens interjectis ſtriis ſplendentibus hunc in modum paranda. Rec. ℞ poſt deſtillationem butyri ♆ relictum injice in retortam parvam probe loricatam, & repone in furnum △ aperti ita ne flamma collum retortæ feriat, retortam imponendo ipſis carbonibus primum ut hi fundum ejus tantum feriant, tum etiam ſuperimponendo & latera tegendo. Detine ſic per ſeſquihoram & totum ℞ ſublimabitur in collum retortæ ulterius rectificandum: de quibus plura in ſequentibus. Cinnabaris hoc modo ſublimata & præparata *præſtans eſt antepilepticum* tam in adultis quam pueris.

§. 3. *Cinnabaris vulgaris* eſt ſubſtantia metallica ſolida & ponderoſa, rubicunda numeroſis ſubinde decurſantibus fibris ſeu ſtriis, ſplendentibusque micis interpolata, facta ex una parte ♃is & III. ☿ vivi vi △ ſublimata. Vehementer *ſurſum & deorſum purgat.* Frequentior eſt uſus ejus externus in ſuffimigiis *ad excitandam ſalivationem.*

§. 4. *Flores antimonii* conſtant ex pulvere ſubtili vi ignis ex ♆io elevato. Modum illos parandi infra pluribus explicabimus. Sunt rarioris uſus cum vehementius ἄνω & κάτω purgent: unde etiam in ſubſtantia nunquam exhibentur, interdum autem in infuſo ad gr. IV. vel V.

§. 5. *Flores Benzoini* etiam huc pertinent, quorum præparationem infra plenius deſcribemus. Conveniunt illi in catarrhis, Aſthmate & menſium ſuppreſſione.

§. 6. *Flores ♃is vulnerarii* ſunt, *anodyni, ſudoriferi, alexipharmacei.*

§. 7. Ad ſublimata denique Mercurius ſublimatus & dulcis referuntur. Eſt autem *Mercurius ſublimatus* ſubſtantia alba cryſtallina, ponderoſa, ſplendens, ſublimata ex parte I. ☿ vivi & duplo ℞ & ♁is calcinati, ſaporis acerrimi & exurentis. Interne rariſſime exhibetur: externe vero in ulceribus Gallicis & ſordidis locum habet.

§. 8. *Mercurius dulcis* eſt ſubſtantia alba cryſtallina & ſplendens ſublimatia ex ♄ & ☿ vivi anatica portione, ſaporis & odoris nullius. Inter Mercurialia temperatior hic eſt & blandior, qui pue-

ris etiam tuto exhiberi potest. *Purgat blande per inferiora, luem ♀eam curat, & vermes expellit.*

PARS II.

De

Præcipitatis.

§. 1.

SUblimatis hactenus recensitis *præcipitata* sunt contraria, cum illa in altum eleventur, hæc autem in fundo reperiantur. Inter hujusmodi præcipitata primum locum ita dicta *magisteria* occupant, quibus ♎ succedit, nec non ☿ *vitæ* & *Turpethum minerale.*

§. 2. *Magisteria vegetabilia* quæ fiunt *ex subjectis resinosis*, magis *usualia esse solent*, *minus* autem *ex* vegetabilibus *non resinosis* parata. *Animalorum*, *marinorumque magisteria* cum acidis præparata parum aut *nihil valent*: & melius est illa cruda præscribere, seu saltim præparata, quam in magisterio.

§. 3. His ita præmissis ex ingenti magisteriorum numero magisterium gummi guttæ eligimus, magisterium Jalappæ, & scammonii relictis reliquis ceu minus utilibus.

§. 4. *Magisterium gummi guttæ* educit potenter serum ad gr. VI. vel VIII. exhibitum.

§. 5. *Magisterium Jalappæ* extrahitur ♅ & præcipitatur ▽ communi. Est familiare phlegmagogum ad ℈ß exhibendum, & dicitur alias resina Jalappæ.

§. 6. *Magisterium scammonii* paratur ad eundem modum, ejusdem cum illo virtutis, & doseos.

§. 7. *Mercurius præcipitatus duplex* est *albus* nimirum, *& ruber.* Uterque paratur hunc in modum. Rec. ☿ vivi ℥ij & ▽ ℥iiij misce in cucurbita vitrea, & repone simul in digestionem per XXIV. horas, sapius vitrum agitando donec ☿ omnis sit solutus. Hoc facto dum diam ejus partem guttatim effunde in poculum aqua ⊖sa reple-

repletum,& ſtatim videbis coagulum præcipitari ulterius edulcorandum, & exſiccandum,quod coagulum ☿ albus vocari ſolet.

Ut accipias ☿ rubrum accipe alterum dimidium ☿ ſoluti, & ex retorta deſtilla ad ſiccitatem, maſſam albicantem relictam pulveriſa, & in crucibulo △ reverberio committe ut rubeſcat, quod in momento contingit, cavendo ſedulo ne ☿avo'et. Refrigeratam calcem tere, ▽ plantaginis edulcora, & ſerva ad uſum.

Præcipitatus albus fuco faciei faciendo, numinisque inducendis inſervit. Purgat etiam per ſuperiora, & inferiora in lue ☿ea, podagra & ſcabie a gr. VI. ad gr. viij. *ruber* autem externe ſaltim adhibetur in tollendis ulceribus, puſtulis, excreſcentiis & pediculis.

§. 8. *Mercurius vitæ* oritur ex butyro ♄ in aqua communi præcipitato, & edulcorato. Eſt potens vomitorium & ♄ potius, quam ☿. Robuſtis tantum debet exhiberi ad gr. iij, tutius autem in infuſo ad gr. v. Commendatur etiam in paratu difficili.

§. 9. *Turbith minerale* paratur hunc in modum Rec. ☿ vivi puriſſimi ℥j ☌ ♁ rectificati ℥iiij M. & digere per XXIV. horas, tum ex retorta vitrea ad ſiccitatem deſtilletur ex ⁂, cohobetur ut relinquatur maſſa nivis inſtar alba, quæ ▽ pura edulcorata lutea evadit in pulverem exſiccanda. *Movet vomitum & ſeceſſum*, dicatumque eſt affectibus pituitoſis. Doſis ſunt gr. viij.

PARS III.

De

Calcinatis.

§. 1.

EXcalcinatis potiſſima ſunt ♄ diaphoreticum, Antihecticum Poteri, Bezoardicum minerale, partes animalium calcinatæ, crocus martis & metallorum, necnon regulus ♄ varii generis, & vitra.

§. 2. Quomodo ♄ *diaphoreticum* parandum ſit alio loco do-

cebimus: quod vero illius vires attinet notandum erit hoc loco, optimum illud eſſe *febrifugum, ſudoriferum & aperiens* a ℈ß ad ℈j aut 3ß exhibitum.

§. 3. *Antihecticum Poterii* hunc in modum parari ſolet, ℞ Rec. regul. ♄ Jov. aut etiam ♃ part v. reg. ♄ part. IV. II mixta fundantur in crucibulo & detonentur cum triplo ☉ per integram horam calcinanda donec colorem album induant. III edulcoretur maſſa, exſiccetur & ad uſum ſervetur. Corrigit egregie acidum vitioſum & laudem meretur in morbis uterinis, paſſione hyſterica, hæmorrhagia, aut vomitu cruento a menſibus ſtagnantibus exorto. Porro in hectica adhibetur & febribus.

§. 4. *Bezoardici mineralis* præparationem infra dabimus, quod potens ſudoriferum eſt in omnibus febribus a ℈ß ad gr. XV. datum.

§. 5. Ad partes animalium calcinatas CC. pertinet *tam uſtum*, quam *philoſophice calcinatum*, *Ebur calcinatum*, & *conchæ præparatæ*: quæ quomodo calcinanda ſint, infra pluribus docebimus. Vires harum partium *abſorbentes* ſunt, *antifebriles*, *diaphoreticæ*, & *antepilepticæ*.

§. 6. *Crocus martis* duplex eſt *adſtringens* & *aperitivus*. Uſus adſtringentis eſt in illis affectibus, ubi adſtrictione opus eſt, in omnibus nimirum ſanguinis fluxionibus, aut excrementorum. Externe ingreditur pulveres ſtipticos, & emplaſtra ſtiptica vulneraria. *Crocus aperitivus* ♎ia abſorbet vitioſa, ſanguinis reſtituit craſin, & digeſtionum errores corrigit: unde eo utimur in menſium ſuppreſſione, fluore albo, chloroſi, cachexia, hydrope & aliis morbis generis ejusdem.

§. 7. *Crocus metallorum* eſt medicamentum antiquis ignotum chymicorum inventum, quod bilem per inferiora & ſuperiora educit, commode oculorum medicamentis admiſcetur, ingrediturque clyſteres. Paratur ex illo ▽ *benedicta Rulandi*, & ♀ *emeticus*, emeticum præſtantiſſimum.

§. 8 *Regulus antimonii* eſt ſubſtantia metallica ex ♐io eliquata. Duplex ille ut plurimum eſſe deprehenditur *medicinalis* nimirum, & *vul-*

vulgaris, & hic iterum *ſimplex* aut *compoſitus*. Præparationem horum regulorum infra plenius explicabimus, ſed quod vires attinet notandum erit regulum medicinalem remedium conſtituere egregium: de quo Hoffmannus integram conſcripſit diſſertationem, quæ hoc loco videri poteſt. Vulgaris æque ac compoſitus per ſe non adhibetur ſed in uſum chymicum & pharmaceuticum plerumque parari ſolet.

§. 9. Agmen calcinatorum *vitrum* ♃ claudit, quod eſt ſubſtantia ponderoſa ſolida vitri inſtar, hyacinthini obſcuri coloris, & ſaporis nullius facta ex ♃ calcinato & fuſo. Per ſuperiora & inferiora contenta vehementer expurgat, præcipue bilem. Raro datur in ſubſtantia, frequentius in infuſo, ubi menſtrui ratio eſt habenda, non ipſius vitri antimonii.

CAPUT VIII.

De

Electuariis, rohob & pilulis.

PARS I.

De

Electuariis.

Electuarium benedictum purgat pituitam, bilem & ſerum, incidit præterea, attenuat & aperit. Doſis eſt ℈ß ad ʒvij.

ſeu *Confectio Alkermes* paratur hunc in modum. v. g.

Rec. *Suc. gran. kermes* ℔ijß.
Calefacto adde
Ambræ griſeæ ʒij. *liquefactis inſpergantur*
ſequentes pulveres.
ligni Aloes
Cynnamom. aa ʒvj.
lap. laz. pp.
Marg. pp. aa ʒij.
fol. aur. ʒj
M. f. ſ. a. Electuarium.

Cale-

Calefacit hoc electuarium, cardiacum eſt, ſyncopi, Apoplexiæ, & Melancholiæ medetur. Inſigne eſt adſtringens in diarrhæa violenta, & diuturna. Paratur cum & ſine moſcho, & datur a ʒß ad ʒij.

Electuarium Diacarthami deſcribitur a MARGRAVIO in *materia medica contracta* p. m. 203. quod pituitam potenter purgat, & bilem a ʒv ad ℥j exhibitum. Hujus ſpecies cum ☿ extractæ addito poſtmodum ſcammonio fiunt pilulæ frequentis uſus ad ʒj exhihendæ.

- *Diacatholicon.* Hujs deſcriptionem vid. l. c. p. m. 204. Purgat illud omnes humores ab ʒß ad ℥j exhibitum.
- *Diaphœnicon* purgat pituitam & bilem, daturque a ʒß ad ℥j.
- *Diaſcordium Fracaſtorii* ex ſequentibus conſtat ingredientibus. v. g.

Rec. Fol. ſcord. ſiccat.
roſ. rubr. aa ℥j
Boli-Armen. ʒij.
rad. biſtort.
Gentian
Tormentill.
Caſſ. lign.
Cinamom.
Dictamn. Cret.
Sem. acetoſ.
Styrac. Calam.
Galban.
Gum. Arab. vermic. aa ʒß
Op. pp.
Z. Z.
pip. long. aa ʒij.
Mell. deſpum. ℔iij.
Vini generoſi Canarini q. ſ.

M. f. l. a. Electuarium ad uſum ſervandum. Moderate calefacit hoc electuarium, adſtringit, vomitum ſiſtit, ſudorem movet, in peſte uſum habet egregium, prægnantibus loco theriacæ quam non ferunt exhibetur, medetur denique feliciter ſingultui a ʒj ad ʒiij exhibitum.

Elect. ſ. Hiera picra Galeni purgat bilem & pituitam incidit, attenuat, ex partibus remotis educit ab ʒß ad ʒv exhibitum. In pertinaciſſimis menſium obſtructionibus ʒj hujus electuarii cum ϑj croci exhibita uſum habet non contemnendum.

Lenitivum non eſt de nihilo purgat ſiquidem pituitam, ſerum, bilem, melancholiam, & inſervit affectibus thoracis, pleuritidi &c. ab ʒß ad ʒvij exhibitum.

Electuarium Mithridatium Damocratis quod hunc in modum paratur. v. g.

Rec. Croc. britann.
Myrrh.
Thuris maſc.
Z. Z.
Agar. alb. & ſecv.
Spic. Nard. Ind.
Cinamom.
ſem. Thlaſp. aa ʒx.
ſeſel. Maſſil.
coſt. odor.
fol laur.
ſchænant.
ſtæchad. Arab.
pip. long.
Caſtor.
ſtyrac. calam.
Galban.
Oppopon.

Succ. Hypociſt.
Terebinth.
℞ *N.M. expr. aa* ʒviij.
caſſ. lign.
pol. mont. alb.
ſcord. cret.
pip. alb.
ſem. Dauc. Cret.
Bdell.
Trochiſc. Cyph. aa ʒvij.
rad. Gent.
Spic. celt.
Dict. cret.
ſem. Petroſel.
cardamom. min.
fœnic.
roſ. rubr.
gum. Arab. verm.
op. pp. aa ʒv.
Rad. acor.
aſar.
Valerian.
Sagapeni
ſem. aniſ. aa ʒiij.
Meu Athamant.
ſem. Hyper.
Acac. ver.
Ventr. ſcinc. aa ʒiiſs.
Vini generoſi Canarini q ſ. ad liquanda gummata.
Mell. Narbonenſis triplum.

M. f. l. a Electuarium quod menſes movet, calculum pellit, ſudorem ciet, & alexipharmacum eſt a ℈j ad ʒij exhibitum.

Ele

Electuarium ex ſucco roſarum purgat bilem, & humores ſeroſos ab ʒß ad ʒvi. exhibitum.

- - *Theriaca Andromachi ſenioris* in hunc modum parari ſolet v. g.

Rec. Trochiſc. ſcillit. ʒvj.
viperin.
Magm. Hedich.
op. pp.
pip. long. aa ʒiij.
rad. Ir. Flor.
Agar. alb.
cinamom.
ſcord.
roſ. rubr.
ſem. Napi
℥ *N. M. expr.*
ſucc. Glycyrrh. aa ʒjß
Rad. coſt. odor.
pentaphyll.
rhapont
ſpic. Nard. Ind.
Z. Z.
caſſ. lign.
Fol. Dictamn. cret.
calaminth. mont.
Marrubii
Schænant
Stœch. Arab.
croc. Britann.
pip. alb.
nigr.
ſem. petroſ. maced.
Myrrh.

Thur.
Terebinth. cypr. aa ʒvj
rad. Acor.
Gent.
Mei
phu.
ſpic. celt.
fol chamædr.
chamæpit.
laur.
pol. mont. alb.
Bacc. junip.
carpobalſ.
ſem. ammios
aniſi
cardamom. min.
Fænic.
Hyper.
ſeſel. Maſſil.
Thlaſp.
Caryophyll. plin.
Boli Armen.
calcitidis toſt. donec cineritia fiat
Gum. Arab. vermicul.
ſagapen.
ſtyrac. calam.
ſucc. Hypociſt.
Acac. ver. aa ʒß
rad. Ariſtol. ten.
ſum. cent. min.
ſem. Dauc. Cret.
opopon.

Gal-

Galban.
Caſtor.
Bitum. Judaic. aa ʒij.

Vini generoſi canarini q. ſ. pro liquandis gummatibus & ſuccis, nec non mellis Narbonenſis triplum. M. f. l. a. Electuarium. Attenuat theriaca, lumbricos necat, calculum pellit, menſes movet, coctionem ventriculi promovet, eſt alexaterium egregium, ſed Mithridatio adhuc inferior ob opii copiam majorem: unde illud etiam medicamentorum pater hæc autem mater vocatur. Doſis eſt a ʒß ad ʒiij.

Electuarium ſ. Theriaca Diateſſaron Meſues ex ſequentibus conſtat ingredientibus. v.g.

℞. *c. rad. Ariſtol. rot.*
Gentian
Bacc. Laur.
Myrrh. aa ʒij.
Mellis deſpumati ℔ij.

M. f. l. a. Elect. Calefacit, ſiccat, attenuat ventriculi & capitis affectibus conducit. Vires obtinet alexipharmacas & a multis ipſi Theriacæ præfertur.

PARS II.

De *Rhob.*

℞ *Hob Acaciæ* ita paratur 1. Rec. fruct. prunell. ſylveſtrium immaturorum q. ſ. 11. coquantur admollitiem. & trajiciantur per cribrum 111. pulpæ trajectæ ℔j adde ſachari ℔ij. Hoc rob, adſtringit & in dyſenteria & diarrhæa convenit.

Berberum hunc in modum fit. Rec. ſucci Berberum expreſſi ℔ij ſachari albi ℔j, & coque ad legitimam conſiſtentiam.

Refrigerat hoc rob, adſtringit, bilem temperat, & in cholera, dyſenteria, & alvi fluxibus utile eſt.

Rhoob Ceraſorum acidorum ſequentem in modum paratur, coquendo nimirum ceraſa acida per ſe, trajiciendo cocta per ſetaceum & cum vel ſine ſacharo ad ſpiſſitudinem redigendo. Refrigerat cardiacum, & alexipharmacum eſt.

- - *de cornis* adſtringit, & in dyſenteria, cæliaca, cholera & vomitu convenit.
- - *ſeu Miva cydoneorum* adſtringit, ventriculum roborat, choleræ, hæmorrhagiæ & & alvi fluxui convenit.
- - *Ribeſiorum* refrigerat, adſtringit, bilem temperat, choleræ, dyſenteriæ, alivi fluxui medetur.
- - ex ſucco *Rubi Idæi* refrigerat ad ſtringit & peſti conducit.
- - *Sambuci & Ebuli* purgant ſerum, ſudorem movent, hydropicis utilia ſunt.

PARS III.

De

Pilulis.

Pilulæ Aloephanginæ. Non opus eſt ut illarum deſcriptionem adjiciamus, cum illa alibi videri poſſit. Calefaciunt & ſiccant potenter, incidunt, & bilem expurgant cum pituita. Cephalicæ ſunt & ſenibus appropriatæ; conveniunt etiam colicæ & flatibus. Doſis ʒj. ʒij.

- - *Agarici* calefaciunt & ſiccant, purgant pituitam conveniunt capiti, thoraci, tuſſi, aſthmati, comati, catarrho, vertigini, Doſ. ʒſs. ad ʒj. & ultra.
- - *Aureæ* purgant bilem & pituitam incidunt ſimul, & attenuant. Doſis ʒj. ad ℈iiij.
- - *Cochicæ* Calefaciunt, ſiccant, bilem & pituitam valde purgant & dicuntur alias cephalicæ, & dantur a ℈ij. ad ℈iiij.
- - *Cynogloſſi cum caſtoreo* ex ſequentibus conſtant ingredientibus. v. g.

Rec. Rad. cynogloſſ.

ſem. Hyoſc. alb. *op.*

op. pp. aa. ℥ß.
Myrrh. ℥vj.
Thur. masc. ℥v.
croc.
castor.
styrac. calam. aa. ℥ij.
▽*ros. q. s. f. l. a.* MB.

Adstringunt hæ pilulæ & incrassant, anodynæ & narcoticæ sunt, datæ ad gr. v.

Pilulæ Catholicæ hunc in modum parari possunt. v. g.

Rec. pulp. colocynth. ℥vj.
Agar. alb.
Helleb. nigr.
Jalapp.
Turbith. aa. ℥iiij.

Pulverisata gr. m. extrahe cum ☿. ℔. xii. digerendo per xiv. dies & noctes vitrum interdum movendo. Tincturam leniter decanta, & cola per linteum, colaturæ adde ▽comm. ℔ij. & liquor lactescet, quem abstrahe in MB. ad remanentiam ℔ij. Remove ab △e. & residuam aquam cum resina effunde in ollam recentem probe vitreatam & evapora leni △e ad mellis consistentiam postmodum adde.

Al. lucid. pulv. ℥viij.
scamnon. ♃ati ℥iiij.
☿. *rectif.* ℥iij.

M. & leniſſimo △e evapora ad extracti consistentiam ut pilulæ inde formari possint. Verum est purgans catholicum, bilem, pituitam & serum educens: idque sine ullis tormínibus, & in dosi parva. a. gr. xv. ad ℈j.

Fetidæ majores Mesuæ aperiunt & bilem purgant, menses movent, evacuant ex partibus remotis, & conducunt in Podagra, plora, colica, affectibus cutaneis Dos. ℥ij. ad ℥j.

Pilulæ

Pilulæ Hydropicæ ex ſequentibus componi poſſunt ingredientibus.

Rec. Aloes opt. ℥ij ß.
Gum. gutt. cum Malvat. ſolut. & lævigat. ℥j ß
Diagrid eodem modo parat. ℥j.
Gum. ammon. ℥j ß.
☿ ℞*at.* ℥ß.
cum ſyr. roſ. ſolut. f. maſſa.

Copioſe purgant ſerum, aperiunt & reſolvunt ad ʒj datæ.

- - ſeu *Laudanum opiatum* paratur ex extracti opii cum ſucco cydoniorum per fermentationem parati ℥j croc. Britan. pulv. ℥j & caſtor. pulv. ℥ß. M. & leniter evaporetur hæc maſſa ad conſiſtentiam pilularem. Anodynæ ſunt hæ pilulæ, hypnoticæ & narcoticæ, doſis a gr. ß. j. ad ij & in robuſtis ad iij.

- - *Maſtichinæ* ſequentem in modum parantur v.g.

Rec. Maſtich. ℥ß.
Agar. trochiſc. ℥iij.
Aloes lucid. ℥x.
cum ſ. q. ſucc. abſinth. f. maſſa

Blande purgant bilem, pituitamque & ſunt ſtomachicæ. Doſis eſt ℥j.

- - *peſtilentiales communes* ita fieri ſolent. v.g.

Rec. Aloes lucid. ℥ij.
Myrrh. ℥j.
Croc. ℥ß.
Vini canarini q. ſ. f. maſſa.

Purgant bilem, a putredine & peſte præſervant, cardiacæ ſunt & alexipharmacæ. Doſis ℥j ad ℥ij.

- - ☿*ea Bontii* ex ſequentibus conſtant ingredientibus. v.g.

Rec. Aloes ſoccotrin.
Gumm. ammon. & ſolut. & inſpiſſ. ℥j ß.
☿ ℞*at.* ʒj ß *f. l. a. MP.*

Atte-

Attenuant, aperiunt obſtructiones internas, leniter purgan a ℈ij. ad ʒj. exhibitæ.

CAPUT IX.

De

Balſamis, Ungnentis & Emplaſtris.

PARS I.

De

Balſamis.

B*Alſamus.* Balſami ſunt triplices *odoriferi, deſtillati, & unguentarii.* Primi generis balſami parantur ex oleis deſtillatis ſuaveolentibus excipiendo illa cera alba aut ♁ Nm. expreſſ., & tingendo ſantalo rubro, ſucco viridi tritici recentis expreſſi aut etiam ſpodio, aut alia materia nigricante. Balſami deſtillati fiunt ex deſtillatis ☊tibus & oleis deſtillatis imprægnatis. Et ita fiunt.

- - *Angelica* qui graſſantibus morbis malignis epidemicis in uſum vocatur.
- - *Apoplecticus* hunc in modum fieri poteſt. v. g.

Rec. ♁ *cinamon.* ʒij.
caryoph. ʒiij.
roſar. ʒj.
Balſ. peruv. ʒß.
Moſch. ʒß.
Ambr. ʒj.
♁ NM. *expr.* ʒij.
M. f. l. a. Balſ.

In affectibus ſoporoſis temporibus, naribus & vertici capitis inungitur.

Balſamus caryoph. & cort. citri easdem habent vires in capitis & cordis affectibus.

- - *Maceris* convenit egregie in affectibus ventriculi frigidis.
- - *Majoranæ* in narium obſtructione & gravedine conducit.
- - *Menthæ* affectibus ventriculi frigidis & colicæ ſuccurrit.
- - *Nervinus* ex oleis nervinis & aliis generis ejusdem convenientibus parari poteſt, egregie ſe commendans in affectibus nervorum, paralyſi, & ſpaſmo ſi tepide inungitur.
- - *Nucis Moſchatæ* laudatur in vomitu, fluxu alvi, & infantibus applicatur commode in regione umbilicali.
- - *Roſarum* reſtaurat vires languentes.
- - *Roriſmarini*, *rutæ ſuccini* in affectibus capitis frigidis, apoplexia, & aliis affectibus ſoporoſis tam præſervative quam curative naribus, temporibus & vertici inungitur.
- - *Vitæ* eſt ſacra anchora in agone, ægrotantium vires egregie refocillans. Poteſt etiam in alios uſus adhiberi. Optima eſt *HOFFMANNI* deſcriptio: cui illa ſuccedit quæ in *POTERIO* exhibetur. In *SCHROEDERI* deſcriptione tanta ingredientium farragine opus non eſt. Unum & alterum fragrans aroma, & gummi reſinoſum poteſt ſufficere. Inunguntur illo nares, tempora, vertex & carpi manuum. Exhibetur etiam in variis caſibus interne cum fructu.
- - *Sulphuris* ex floribus ♃is paratur cum ℥ terebinthinæ, ſuccini, aniſi, juniperi, & ſic varii parari poſſunt balſami ♃is uſus egregii in affectibus pectoris, ventriculi, uteri, &c.
- - *Vulnerarius.* Variæ balſamorum vulnerariorum reperiuntur deſcriptiones: omnes autem mundifuant ulcera, & carnis generationem promovent: de quibus alibi.

PARS

Digitized by Google

PARS II.

De

Unguentis.

UNguentum *adſtringens Fernelii* refrigerat, adſtringit, tuetur partes a fluxionibus, ſiſtit ſanguinem, mammas contrahit, & rugas ventris poſt partum tollit.

- *Ægyptiacum* potenter & cum dolore ſeparat carnem excreſcentem, & mortuam, abſtergit, in fiſtulis & ulceribus antiquis convenit.
- *Agryppæ* Ventri applicatum per alvum purgat, conducit hydropicis, lienoſis ventri illorum illitum,
- *Album camphoratum* ſcabiem, ambuſta, pruritum & intertriginem ſanat, & puſtulas erumpentes, ulcera, aliaque cutis vitia tollit.
- *Althææ ſimplex* humectat, emollit, in laterum dolore prodeſt, tollit quoque dolorem veſicæ, pectoris &c.
- *Althææ compoſitum* humectat, emollit, lenit, digerit, in nervorum dolore convenit.
- *Apoſtolorum* abſtergit, carnem mortuam tollit, fiſtulis, ulceribus, & vulneribus contumacibus conducit.
- *Arthanitæ* purgat per alvum aut vomitum hypogaſtrio, aut ventriculo illitum, purgat & evacuat aquam hydropicorum, & vermes.
- *Aureum* Emollit, abſtergit, maturat, anodynum eſt.
- *Baſilicon* vulnera conglutinat, ulcera implet, & anodynum eſt.
- *Calcis* refrigerat, ſiccat, & ambuſta ſanat.
- *Dia pompholygos* ulceribus conducit, anodynum eſt, carnem gignit, malignitatem cancroſam domat, ulcera tibiarum ſanat.

Unguentum enulatum cum & ſine ℞io ſanat tophos luis Venereæ, pruritum, ſcabiem, cutis fæditates ſanat, & occidit pediculos ſic dictos inguinales.

- - *Martiatum* emollit, in nervorum affectibus frigidis convenit, in tremore, paralyſi, arthritide, & tumore lienis.
- - *Nervinum* humectat, emollit, & nervis potiſſimum dicatum eſt.
- - *Pectorale.* Attenuat, digerit, expectorationem promovet, anodynum eſt, & pectoris, ac laterum dolores lenit.
- - *Pomatum* humectat, emollit, & oris fiſſuris medetur.
- - *Populeum* refrigerat, emollit, anodynum eſt, illinitur pulſui manuum, fronti, temporibus.
- - *Potabile* attenuat, aperit, ſanguinem coagulatum diſſolvit, conſolidat, conducit in caſu ab alto.
- - *Refrigerans Galleni* refrigerat humectat anodynum eſt.
- - *Roſaceum* refrigerat, emollit, ſanat herpetem, extinguit inflammationemt

PARS III.

De

Emplaſtris.

EMplaſtrum Betonicæ calefacit remiſſe, ſarcoticum eſt, & modice detergens. Laudatur in ſpecie a *FORESTO* in vulneribus capitis.

IX. De Emulsionibus.
X. De Julepis.
XI. De Infusis.
XII. De Decoctis.
XIII. De Clysteribus.
XIV. De Cataplasmatibus.
XV. De Emplastris.
XVI. De Balsamis.
XVII. De Unguentis.

PROOEMIUM.

De

Formulis in genere.

§ MAteriam formularum hactenus consideravimus, nunc ad illarum formam progressum facimus.

§. 2. Antequam autem ad illam accedimus definitionem formularum prius volumus præmittere, ut intelligatur quid sit id, de quo acturi sumus.

§. 3. Per formulam medici nihil aliud intelligunt nisi concinnam annotationem medicamentorum præparandorum in cartula consignatam, & pharmacopæo traditam ut ab illo præparentur.

§. 4. Commode inde formula secundum Langium definiri potest, quod sit *præscriptio medicamentorum a pharmacopæo præparandorum.* Vid. *LANGIUS* in compendio formularum.

§. 5. Artificium medicamenta præscribendi futuro practico summe est necessarium: nec sufficit formulas ex practicorum libris conscribere; sed quilibet pro se discat illas conscribere. Medicus enim ab alio formulam describens nudus est Empiricus, non rationalis.

§ 6.

§. 6. Medicus formulam præscripturus dum ipsa medicamenta considerare debet, dum formam, in qua illa erunt exhibenda. Commode inde hoc collegium in duas partes venit dispescendum: in *generalem nimirum, quæ in genere medicamenta proponit*, & *specialem*, quæ *singulas illorum classes in specie examinat.*

PARS I.

Generalis

De

Medicamentis in genere.

CAPUT I.

De

Medicamentorum dosi.

MEdicinæ studiosus formulam præscripturus ante omnia *accuratam habeat notitiam omnium medicamentorum*, tam simplicium quam compositorum *in suas formulas adhibendorum.*

§. 2. Hæc notitia versatur circa ipsam *substantiam atque essentiam*, vel circa *virtutes & proprietates*, vel denique circa *dosin uniuscujusque* medicamenti.

§. 3. Ratione substantiæ, atque essentiæ medicamenta dividuntur in simplicia & magis composita. Simplicia iterum sunt vel nativa seu cruda, vel præparata in pharmacopoliis, & desumuntur ex triplici naturæ regno.

§. 4. Ratione virtutis medicamenta dividuntur in *evacuantia & alterantia.* Evacuantia sunt vel *universalia* vel *particularia.* Alterantia respiciunt vel *causam morbi*, vel *certam corporis partem*, aut denique *certum morbum*: quæ omnia in superioribus jam explicavimus.

§. 5. Ratione doseos denique requiritur ut studiosus medicinæ formulam præscripturus omnium *medicamentorum* præprimis *selectissimorum exquisitam habeat notitiam* qua nimirum dosi adhibenda

hibenda ſint, ne error committatur in præſcribendo: id quod potiſſimum circa evacuantia, & opiata eſt obſervandum.

§. 6. Ut conſtet qua doſi quævis medicamenta tam cruda, quam præparata pro interno uſu exhiberi debeant ſubſequentes quaſi tabulæ diligenter inſpiciendæ, memoriæque mandandæ erunt.

§. 7. Emeticorum doſis ſumma eſt ſequens *ex regno minerali.*

☿ vit. rit. præp. ad gr. iij.
♀ Emet. ad gr. ij. iij. iiij. v.
Turpet. miner. gr. v.
℞ alb. ʒß.
Syrupus { Id. Emet. ʒj. / Emet. Ludov. ʒvj.
Infuſ. { fl. ♃. / croc. metall. / Epat. ♃. / vitr. ♃. / ☿ vit. } ℥j. l. ℥iß.

§. 8. Emetica *ex regno vegetabili* hac propinantur doſi

Aſari rad. in ſub. ad ʒß.
fol. - no. v. l. vj.
Extract. - - ϑj.
fol. Gratiol. in ſubſt. ϑij.
illorum ſuccus inſpiſſatus ϑj. ʒß.
Syr. nicot. ʒij. l. ℥ß.

§. 9. *Purgantium* doſis ſumma eſt ſequens

☿ dulcis ϑß. ϑj. ʒß.
Rad. { Bryon. ʒj. / Helleb. nigr. ʒß. / Jalap. aa. ʒß. / Mechoac.

Rad.

Rad. { Agaricus aa. ʒij.
Polypod. ʒß. l. ij.
Rhabarb. ʒj.

Aloe in ſubſt. ʒj.
roſata.
violata. aa. ʒß.
Gummi gutt. ϑß.
Manna { pueris ʒj. l. ʒij.
gravidis ʒß.
robuſtioribus ʒiv.
Reſina Jalap. gr. xii. xv.
ſcammon. gr. xiv. xv.
♃atum.
roſatum.
Cydoniatum aa. ϑß.

Extract. { Aloes ad gr. xv.
cathol. Senner.
Cholagog. Querc. aa. ʒß.
Eſulæ gr. xv. ϑj.
fol. ſenn. ϑj. ʒß.
Helleb. n. gr. xv.
Melanagog.
Panchymagog. aa. ʒß.
Rhabarbari gr. xv. ϑj.
Trochiſc. Alhand. gr. iij.

Agaricus trochiſcatus ʒj. ij.
Trochiſci Alhandali gr. vj.

§. 10. *Opiatorum* ſeu anodynorum doſis eſt ſequens

Opii cydoniati l. ferm. gr. j.
laudan. op. gr. ij.
hyſter. iij.

Mithridat.
Theriac. Androm. aa. ʒj.
cœleſtis gr. iiij.
Croc. in ſubſt. ʒj.
Extract. gr. v.
℞. gtt. xxx.
℞. opii cum 8plo ☿ gtt. x.

§. 11. In reliquorum medicamentorum doſi determinanda, quia illorum numerus tantus eſt, ut totum volumen ſit conſcribendum, memoriæ juvandæ cauſa cuncta ſequentibus duabus tabulis comprehendemus: quarum *prima medicamenta ſolida* ſ. friabilia, & pulveres, *altera liquida* continebit.

§. 12. Doſis ſumma erit

3j. pulverum ex crudis
- lapidoſis
- terreis
- metallicis
- ♃eis
- Oſſeis
- mollioribus animalium partibus.

ʒij. vegetabilium magis ſapidorum
- amarorum
- leniter adſtringentium
- acrium
- ſalſorum.

3ß. activorum
- crudorum aromaticorum
- præparatorum, ☉ium fixorum
- Mineralium ♎torum
- calcinatorum
- vegetabilium.

ʒß. acerrimorum
- crudorum aromaticorum
- præparatorum ☉ium volatilium
- ℞ ♂tus, Oſs, ſuccini.

§. 13. Li-

§. 13. Liquida hoc incedunt ordine

Aquea pro velriculo inſerviunt

℥j. eſt doſis ſumma { Spirituum ardentium
Tincturarum &
Eſſentiarum minus acrium
liquorum ⊖ſorum
alcalicorum.

℥ß. acriorum { Spirituum eſſentificatorum
Tincturarum &
Eſſentiarum acrium utpote
♀, Caſtorei &c.

gtt. v. { Spirituum acidorum mineralium
℞ aromaticorum
x. ſuaviorum.

§. 14. Quæ *mediam conſiſtentiam* habent diſponuntur ſequentem in modum.

Balſ. peruv. ad gtt. v. vj.
Extract. acr. ℈ß.
ſuaviora ℈j.

Extracta enim ſequuntur condicionem ſuorum concretorum, e quibus parantur, non aliter ac Syrupi, & conſervæ: quorum tamen doſin utpote diffuſiorem in ſe formulæ determinant, ad quas recipiuntur.

§. 15. Porro in determinanda doſi medicamentorum medicus ſemper reſpectum habeat ad ætates hac ratione.

Doſis ſumma præſcribitur viris, ſ. adultis annum XXIV. jam agentibus e. g. ℥j.

Hujus duæ tertiæ ſufficiunt juveni ab anno XVI. ad XXIV. e. g. ℈ij.

Pars dimidia ſufficit adoleſcenti ab anno VIII. ad XVI. e. g. ℥ß.

Pars tertia ſufficit puero ab anno IV. ad VIII. e. g. ℈j.
Pars VIta ſufficit infanti trium annorum e. g. gr. xv.
Pars VIII. ſufficit infanti II. annorum e. g. gr. vij.
Pars XII. ſufficit infanti unius anni. e. g. gr. v.

§. 16. Sciendum autem eſt quod hic *intelligatur hominum ætas, qualis ut plurimum eſſe ſolet.* Ubi autem pueri, adoleſcentes, juvenesve ſolito vel robuſtiores, vel debiliores occurrunt *virium quoque habenda eſt ratio.* Nam & *adulti, ſenesque ſi fuerint infirmiores,* non niſi *juvenilem doſin impetrare poſſunt.*

CAPUT II.

De

Secundariis, ſeu externis *in omni formula obſervandis requiſitis.*

§. 1. Requiſita ſecundaria in omni formula obſervanda ſunt novem. I. *Inſcriptio.* II. *mandatum ad pharmacopœum.* III. *præſcribendorum abbreviatura.* IV. *convenientis cujusvis rei ponderis determinatio.* V. *præparandi methodi deſcriptio.* VI. *tituli appoſitio.* VII. *doſeos determinatio.* VIII. *temporis uſurpandi determinatio.* IX. *Vehiculi explicatio.*

§. 2. Quod attinet primum requiſitum omnis formula loco inſcriptionis pio voto eſt incipienda: illudque brevitatis cauſa 2. vel 3. litteris exprimendum v. g. J. J. quod ſignificat *Jeſu Juva.* vel J. D. *Juva Deus*, vel J N. J. *In Nomine Jeſu.* vel etiam Græcis litteris α. ω. quo idem exprimitur, ac ſi dicatur *deus ſit nobis principium, & finis.*

§. 3. Alterum requiſitum eſt mandatum ad pharmacopœum, quod exprimitur per abbreviaturam vocabuli recipe: quod duobus modis contingit vel enim *prima* hujus vocabuli *littera r in majori forma adjuncto abbreviationis ſigno* ℞. vel etiam in fronte *tres priores litteræ* in omni formula quaſi præponuntur, quibus *pharmacopœus ſui admonetur officii.*

§. 4.

§. 4. Tertium requiſitum eſt præſcribendorum abbreviatura. Abbreviantur autem ingredientium nomina dum vel ſyllabæ priores, vel etiam certi ſaltem characteres apponuntur, ut hac ratione præcaveatur artis medicæ tranſitus ad Empiricos, nec ægri præſertim eruditi ſtatim intelligant quid ipſis ſit præſcriptum. Abbreviantur etiam pondera vel eandem ob rationem, vel brevitatis cauſa. Singulorum characteres videri poſſunt in *Schræderi theſauro pharmaceutico*, vel in aliis rerum pharmaceuticarum ſcriptoribus. Circa has abbreviaturas illud adhuc monendum *ut rite exprimantur*, *nec male pingantur characteres*, ne occaſio aberrandi præbeatur.

§. 5. Quartum requiſitum eſt cuivis ingredienti conveniens addere pondus ſive modum ponderis. Sciendum itaque eſt corpora ſicca ad lancem vocari, libris, unciis, drachinis, ſcrupulis, granis, exceptis herbis, quæ ad manipulos, floribus, qui ad pugillos, fructibus majoribus qui ſecundum numeros præſcribuntur. Liquida iisdem ponderibus minirum ℔, ℥, ʒ, præſcribuntur: quæ vero *infra* ʒß. *recipiuntur*, *præſcribuntur guttatim:* ſupra ℔ communiter ſolent præſcribi *ſecundum menſuras* v. g. ▽ vel vini *menſ.* j. vel *menſ.* ß.

§. 6. Quintum requiſitum eſt præparandi methodi deſcriptio. V. g. ſi ♀ præſcribendus parandi methodus exprimitur his verbis, *M. f. pulv. div. in doſes, vel detur in ſcatula.* Si præſcribendæ ſpecies ad vinum medicatum in fine formulæ adjiciuntur verba *inciſa, & contuſa includantur ſacculo, vel nodulo.* Si pilulæ præſcribuntur, quarum baſis ſunt extracta apponuntur verba f. l. a. *pilulæ.* Item, in emulſionibus f. l. a. *emulſio.* Verbis enim l. a. admonetur pharmacopœus methodo conſueta procedendum eſſe. In cataplaſmate ſæpius hæc adjiciuntur verba: *inciſa & contuſa coquantur ad conſiſtentiam pultis, trajiciantur per ſetacium.*

§. 7.

§. 7. Sextum requiſitum eſt ſignatura, ſeu tituli appoſitio. Circa hoc requiſitum monendum eſt *titulis nimis ſpecioſis non facile ſuperbiendum eſſe*, v. g. köſtliches Hertz-Pulver, Perlen Milch, köſtliche Stärck-Mixtur, & ſimilibus. Si enim effectus ſignatura promiſſus non ſubſequitur, ingenti ludibrio ſe exponit medicus. Media itaque via ſemper incedendum eſt, & titulus deſumendus vel *a parte affecta*, cujus gratia medicamentum applicatur, vel *a morbo*, contra quem adhibetur. Vel *ab ipſo remedio*, vel denique *ab operandi modo*, ita ut dicatur Mutter-Eſſentz, Magen-Spiritus. Fieber-Pulver, eröffnende Mixtur, & ſic porro. Hac enim ratione medicus famæ ſuæ optime poterit conſulere.

§ 8. Septimum requiſitum verſatur circa doſin præſcripti medicamenti, ſeu formulæ præſcriptæ, quæ ſemper *determinanda eſt, ita ut ſaltim poſt medicamenti ſignaturam ſcribatur doſis.* V. g. Mutter-Eſſentz zu 30. Tropffen. Abſorbirend-Pulver zu zwey Meſſerſpitzen. Fieber-Pulver auf dreymal. Laxirende Pillen xv. auf einmal.

§. 9. Quoad octavum requiſitum tempus quo medicamentum aſſumendum ſemper erit indicandum, idque *ponitur poſt determinatam doſin*, & contingit ſequenti modo v. g. Morgens und Abends, oder alle Morgen, oder alle Abend, täglich dreymal, oder alle 3. bis 4. Stunden.

§. 10. Ultimum requiſitum eſt vehiculi explicatio. Non autem ſemper requiritur ut ex pharmacopolio vehiculum tranſmittatur; ſed poteſt utplurimum ſubſtitui potus ordinarius, vinum, cereviſia, aqua. Item, juſculum calidum præſertim in nauſeabundis & delicatulis. Hinc *poſt temporis determinationem* addendum, in Bier, warmer Brühe, oder Thée zu nehmen.

CAPUT

CAPUT III.

De

Primariis in omni formula obſervandis requiſitis.

§. 1. Requiſita primaria in omni formula obſervanda ſubſequentibus includuntur regulis.

Reg. I. Gratiora ægrotantium palato arridentia, ubi ſufficiunt, ibi ſemper eligenda ſunt præ ingratis ac nauſeoſis.

Reg. II. Inodora ac ſuaveolentia quantum poſſibile graveolentibus ac fœtidis ſemper præferenda ſunt. Perpetua enim ſit regula: Recte olere medicamenta, ſi nihil oleant.

Reg. III. Color turpis & ingratus, ſi fieri poteſt, fugiendus, vel arte jucundior producendus.

Reg. IV. Quantitas nec major ſit nec minor. Prius enim ſi peccat, facile naſeam conciliat.

Reg. V. Numerus nec exceſſu nec defectu peccet.

Reg. VI. Proportio ingredientium ſtricte eſt ſervanda, ita, ut ex ſingulis invicem mixtis integra emergat doſis.

Reg. VII. Generoſa eligenda ſunt præ languidis.

Reg. VIII. Conſiſtentia ingredientium non ſit alia, quam prout eam formula requirit.

Reg. IX. Ne ſint omnia confuſa, ordo ſervetur juſtus.

§. 2. Quæ porro in cujuscunque formulæ fabrica ſpeciatim obſervanda erunt, traduntur in parte ſubſequenti ſpeciali: ubi ſecundum ordinem cunctarum formularum regulas ac requiſita breviter ſtrictimque examinabimus.

PARTIS II.

Specialis.

CAPUT I.

De
Regulis Specialibus in præſcribendis pulveribus obſervandis.

Reg. I.

INſipida miſceri cum omnibus poſſunt: ☉ia fixa vero & ☉ſa cum aromaticis & acrioribus, aut amaris minus convenienter.

Reg. II. Salia volatilia pulveribus præſertim aliquoties aſſumendis admiſcenda non ſunt. Nam & ſapore, atque odore ſunt ingrata, & ſi aliquamdiu aſſerventur exhalant.

Reg. III. Pulveris quantitas pro adulto non excedat ʒß. vel ad ſummum ℈ij. ʒj. non detur niſi ægris conſentientibus præſertim ſi minus gratafuerint ingredientia.

Reg. IV. Vomitorii & purgantes pulveres non niſi pro una vice, alterantes communiter in duplo vel triplo, aromatici tamen, & præcipitantes ad ʒj. vel ij. præſcribi poſſunt præcipue quando illorum uſus aliquamdiu continuandus.

Reg. V. Recipiuntur autem ingredientia nunc duo, nunc tria vel ad ſummum quatuor niſi forte pulvis pro pluribus doſibus præſcribatur.

Reg. VI. Quorum doſis eſt major iis addantur fortiora & quidem ita ut quantum decedit priori accedat ex altero e. g.

Si duo fuerint ingredientia.

℞. A. ½. vel ℞. A. ⅔. vel ℞. A. ¾.
B. ½. B. ⅓. B. ¼.

Si tria

Si tria

℞. A. ½. vel ℞. A. ½. vel ℞. A. ¼.
B. ½. B. ½. B. ¼.
C. ½. C. ½. C. ½.

vel ℞. A. ¼. vel ℞. A. ½. vel ℞. A. ½. vel ⅓.
B. ½. B. ¼. B. ⅓. ½.
C. ¼. C. ¼. C. ½. ½.

Si quatuor vel quinque eadem procedatur methodo.

Reg. VII. Præſcribuntur pulveres e terreis, lapidoſis, metallicis, Sulphureis, Salinis & in genere ex omnibus, quæ pulveriſari poſſunt. Secundario illis adjiciuntur vel ♏ a deſtillata ad gutt. j. vel ij. vel extracti cujusdam opiati gr. j.

Reg. VIII. *Major doſis præcedat minorem* niſi forte ſacharum addatur in gratiam ſaporis, aut iis, quæ ob exiguam doſin ſolitarie aſſumi vix commode poſſunt.

Reg. IX. In pulveribus præſcribendis exactiſſima requiritur cognitio gravitatis ſpecificæ ſingulorum ingredientium juxta quam pulveres non incommode in ſex claſſes dividi poſſunt, ita ut alii dicantur *leves*, alii *leviores*, alii *leviſſimi*, alii *graves*, alii *graviores*, alii *graviſſimi*. Omnium leviſſima ſunt vegetabilia præſertim ea, quæ non ſunt reſinoſa. v. g. ♃ *lycopodii*, *cortex chinæ*, *pulvis cardui benedicti*, *radix Pæoniæ*, *mechoacannæ*; quæ vero magis *reſinoſa* ſunt graviora deprehenduntur. Ex animali regno *molliores pulveres* itidem ſunt leviſſimi; *duriora* vero v. g. oſſa, cornua, magis ſunt ponderoſa qualia ſunt *Lap. 69. CC. Ebur. &c.* Ex regno minerali leviſſimi ſunt *flores* ♃*is*, *& ſuccinum*, tum ſequitur bolus alba, ♁ *ſigillata & ſimilia*, his ſuccedunt *alabaſtrum*. Duriora lapidoſa magis ſunt ponderoſa v. g. *cryſtallus montana*, *corallia*, *&c.* ejusdem ponderis ſunt ☉*ina* ☉*ſa* & ex vegetabilibus *alcalia*, item ex mineralibus præparata v. g. ☿ *diaph. Antihect. Poteri*, *&c.* denique omnium graviſſima ſunt *lim.* ♂, *cinab.* ☿ *ij*, ☿ *dulcis*.

EXEMPLA.

Pulvis abſorbens.

Rec. *Corall. præparat.*
matr. perl. aa. ʒß.
m. f. p. d.

S. Abſorbirend Pulver, morgens auf einmal in Thee einzunehmen.

item:

Rec. *CC. uſt.* ʒij.
♁*æ ſigil.* ʒj.

vel

Rec. *marg. præparat.* ʒß.
♁*æ lemn.*
dent apr. aa. gr. xv.
☉*is* ☿*i* ʒij.
lim. ♂.
Lap. 69. aa. ʒß.

M. pro tribus doſibus.

vel

Rec. ☿*ij diaph.* ʒß.
CC. phil.
dent. hyppop. aa. ʒj.
♄*is* ʒß.

M. pro duabus doſibus.

Pulv. purg.

Rec. *Rhab. pulv.*
Scamm. præparat.
Aloes præparat. aa. ʒß.
℞. *fœnic.* gut. x.

vel

Rec. *Fol. ſenn.* ʒj.
reſ. Jalap.
Gum. g. aa. gr. v.

vel

Rec. *rad. Jalap.*
☿*ij dulc.* aa. ʒß.
Gum. gut. gr. v.

vel

Rec. *Rhab.* ʒj.
Scamm. gr. v.
☿ *emet.* gr. i.

vel purgans polychreſtus.

Rec. *rad. rhab.* ʒij.
Jalap.
Helleb. nig. aa. ʒj.
reſ. Scamm. ʒij.
Gum. g. ʒj.

M. pro decem doſibus.

In ſuppreſſione urinæ.

Rec. *dent. Hyppop.* ʒj.
Cinab. nat. præparat.
Succin. aa. gr. v.
Ther. cæl. gr. i.

Diureticus.

Rec. *teſt. ov. calc.*
♃*is licop.* aa. ʒß.
☉*is fixi Junip.* ʒj.

CAPUT

CAPUT II.

De

Regulis Specialibus in præscribendis pilulis observandis.

Reg. I. Scopus, atque finis præscribendi pilulas potissimum est evacuatorius, & quidem per alvum: nihil autem refert quo minus pro lubitu alterantia varii generis adjiciantur.

Reg. II. Potiora ingredientia sunt resinosa, his succedunt extracta inspissata, quibus tandem admisceri possunt pulveres in minori dosi efficaces.

Reg. III. Ex resinis commode parari possunt pilulæ, modo aliquot guttæ essentiæ cujusdam, tincturæ aut olei aspergantur.

Reg. IV. Ex extractis solis præsertim mollioribus pilulæ parari non possunt, nisi ulterius inspissentur, vel resinosa cum pulveribus admisceantur.

Reg. V. Pulveres minus resinosi pilulis conficiendis minus sunt idonei nisi combinentur cum extractis atque resinis.

Reg. VI. Pilulæ pro una dosi præscribuntur a ℈ß. ad gr. xv. vel ad summum ad ℈j.

Reg. VII. E quovis massæ pilularum grano pro lubitu parari possunt pilulæ duæ vel tres. Si vero una pilula pro dosi exhibenda illius dosis non excedat gr. vi. vel ℈ß.

Reg. VIII. Si sapor, odor, colorve admodum ingratus sit non male occultatur inaurando pilulas vel conspergendo pulvere lycopodii vel Glyzirrhizæ.

EXEMPLA.

Pil. purgantes.

Rec. mas. pil. ♀ear. Schræderi gr. xv.
Extract. troch. Alhand. gr. ij.

vel

Rec. mas. pil. de succin. Crat. ℈ß.
Gum. g. gr. v.
♀ emet. gr. i.
Essentiæ absinth. q. s.

vel

vel

Rec. Extract. cath. Senn.
Rhab. aa. gr. iij.
℈ij *dulc.*
Gum. gut. aa. gr. ij.
☿ *emet.* gr. j.

vel

Rec. Ref. Scamm.
Jalap. aa. gr. iv.
℈ij *dulc.* gr. ij.
Extr. Aloes. gr. vi.

vel

Rec. Extr. Rhab. ℈j.
Aloe ros. ʒß.
Gum. g. ℈ß.
☿ *emet.* gr. iij.
M. f. pil. pro iv. dos. gr. xv. pro dosi.

vel

Rec. Extr. panch. Croll.
℈ij *dulc.* aa. ʒß.
Gum. g. ℈ß.
Extr. troch. Alh. gr. v.
M. gr. xvi. pro dosi.

vel

Rec. Extract. cent. min.
Aloes. hep.
Gum. g. aa. ℈j.
☿ *emet.* gr. iv.

vel

Rec. Aloes. ros.
Extr. Rhab. aa. ℈ß.
Diagr. gr. v.
Cin. nat. gr. vi.
Extr. troch. Alband. gr. i.

CAPUT III.

De
Regulis Specialibus in præscribendis trochiscis observandis.

Reg. I. Cum trochisci in ore detinendi sint cavendum est omnibus modis ne ingrata compositionem ingrediantur.

Reg. II. Fiunt ergo trochisci e pulveribus vel insipidis vel gratioribus & quidem cum tragacantha in aqua conveniente soluta. Si vero ingredientia fuerint admodum gummosa poterit loco tragacanthi recipi mel aut Syrupus quidam, vel etiam extractum succusve inspissatus.

Reg. III.

Reg. III. Nimirum conficienda eſt maſſa quædam per modum maſſæ pilularum ad ʒj. vel ij. ex qua parvi formentur paſtilli ſignandi charactere ſtellarum.

Reg. IV. Pondus trochiſci ſint gr. v. vel VI. ad ſummum ƷßƷ, minores etiam fieri poſſunt ad gr. i. vel ij. etiamſi fuerint ambrati.

EXEMPLA.

Rec. *Rad. liquir.*
Sem. Aniſi aa. ʒij.
Gum. arab.
Storac.
♃ *lemn.* aa. ʒj.

M. f. l. a. cum muc. tragacanthi trochiſci bechici.

vel

Rec. *Bol. alb.*
ſem. fœnic. aa. ʒij.
Maſtich.
Benz. aa. ʒiſß.
rad. ireos. flor. ʒj.

vel

Rec. *Olib.*
lign. Aloes. aa. ʒß.
mac.
cinam. aa. ʒj.
Caryoph.
Cubeb. aa. ʒß.
Ambr. ƷßƷ.

M. f. cum trag. in ▽ magnanim. ſoluta ſ. a. trochiſci.

vel

Rec. *Rad. Angel.*
petaſ.
Scorz. aa. ʒij.
flav. cort. citri. ʒiſß.

Trag. in ▽ naphæ ſolutæ q. ſ.

vel antiſcorbut.

Rec. ♃ *lemn.*
catech. aa. ʒß.
reſ. lacc. ʒij.
ſang. Drac. ʒß.
Ois uſti. ƷßƷ.
moſch.
Zibeth. aa. gr. VI.

CA-

CAPUT IV.

De

Regulis Specialibus in præscribendis rotulis notandis.

Reg. I. Rotulæ fiunt e succis utplurimum sacharo inspissatis.

Reg. II. Loco succorum recipi quoque potest ▽ destillata vel decoctum cui pulveres in minori dosi aspergere licet.

Reg. III. Requiritur autem triplum vel quadruplum sachari respectu liquidorum.

Reg. IV. Pondus rotularum singularum communiter ad ℈j vel ʒß adscendit: atque ideo infra ℔ß vix parantur.

CAPUT V.

De

Regulis Specialibus in præscribendis morsulis notandis.

Reg. I. Morsuli recipiunt præter pulveres etiam condituras atque conservas florum inprimis, item fructus recentes pinearum pistacearum.

Reg. II. Hisce ingredientibus additur sachari quadruplum.

Reg. III. Spiritus ardentes atque ℞a destillata, ut & ambra jamjam paratis adjiciuntur, quemadmodum & flores varii minutim conciſi.

Reg. IV. Infra ℔j. vix commode parari possunt morsuli.

EXEMPLA.

Rec. Condit. nuc. mosch.
Zingib. aa ʒij.
♀ *cinam.* ʒj.
caryoph. ʒß.
M. f. cum Sach. ℔ß in ▽ fl. naph. sol. s. a. morsuli.

vel

Rec. Sach. ambr. ℔ij.
amygd. dulc. ʒiij.
flav. cort. citr.
Aurant. rec. aa. ʒiß.
♀ *cinam.* ʒß.

Rec.

Rec. conf. flor. anth. ʒij
Cond. nuc. Indic.
conf. Alkerm. aa. ʒj.
cinam. ʒß
Cardam.
Cubeb. aa. ʒij.
Sach. ℔ 1 ß in ſ. q. ▽ ſt. lil.
conv. ſoluti f. ſ. a. morſuli.

Confort.

Rec. Pinearum
piſtac. aa. ʒjß.
flav. cort. itr. rec ʒj.
cond. Berb. ʒß.
ſucci citr. q. ſ.
ſach. ℔. j.

CAPUT VI.

De Regulis Specialibus in præſcribendis bolis obſervandis.

Reg. I. Boli pondus non ſuperet ʒjß vel ad ſummum ʒij.

Reg. II. Boli communiter fiunt e pulveribus vegetabilium tanquam minus atenoſis cum conſerva quadam vel etiam rob

Reg. III. ∈ia fixa & volatilia obmetuendam fermentationem non admiſcentur commode.

Reg. IV. Conſervæ ʒj excipit pulveris ʒß vel ℈ij. rob vero ʒß pulveris ℈ij.

Reg. V. Si conſerva minus ſit ſucculenta ſuperadditur tantillum de ſirupo conveniente ſi vero nimis fuerit ſucculenta maſſæ ſolet admiſceri ſacharum quantum ſufficit ad conſiſtentiam.

EXEMPLA.

Bol. emet.

Rec. Conſ. fl. perſic. ʒj.
♀ rad. Aſar. ℈j.
☿ emet gr. ij. m. f. bolus.
S. Brech-Zucker auf einmal.

Purgans.

Rec. conſ. fum. ʒj.
rad. Ialap. ℈j.
Reſin. ſcammon. gr. viij.

Sudorif.

Rec. Rob. samb. ʒß.
dent. apr. pp.
℥ diaph. aa. ℈j.
opij cidon. gr. j.

Antifebr.

Rec. Rob. samb. ʒß.
card. ben. pulv. ℈ij,
camph. gr. iij,

Hyster.

Rec. Rob. samb. ʒß.
sin ℥ ℈j,
dent. Hyp. ℈ß.
♌ succin. gtt. iij,

Duiret.

Rec. Rob. Iunip. ʒß.
test. ov. calcin.
♃ lycop aa. ℈j.

Expect.

Rec. Conf. Hyſop. ʒij
rad. glyzir.
Benzoes
Storac aa. ℈ß.
Balſ. ♃ anif. gut. iij.

CAPUT VII.

De

Regulis Specialibus inpræſcribendis electuariis obſervandis.

Reg. I. Ingredientia ordinaria ſunt pulveres, condituræ atque conſervæ.

Reg. II. Conſervæ ℥j. excipit conditurarum ʒß. pulverum ʒj. ſi arenoſi fuerint ſirupi parum q. ſ. ad humectandum.

Reg. III. Si pulveres fuerint molliores poſſunt exiis electuaria parari ſaltem æquale pondus ſirupi cujusdam aut mellis vel rob adjiciendo.

Reg. IV. Tota compoſitio electuarij non ſit minor ʒij, nec adeo excedat ʒiiij vel vi.

Reg. V. Pro doſi plerumque ſumitur ad magnitudinem caſtaneæ quæ fere ʒij, continet.

Exem-

EXEMPLA.

Antipht.

Rec. Conserv. rosar. rubr. ℥ij.
sem. pap. alb. ℥ß.
♈ *lemn.*
lim. ♂ aa. ʒij.
rad. cons. maj. ʒj.
Antihect. Pot ʒß *m. f.*
cum diacodio mont. l. a.
Electuarium.

Analept.

Rec. conf. fl. anthos
majoran. aa. ℥jß.
condit. fl. citr.
nuc mosch.
zingib. aa. ℥ß.
Confect. Alkerm. ʒij.
Cinam.
cardam.
caryoph. aa. ʒj.
f. cum sir. stoech. Arab.
l. a. electuarium.

Purgans.

Rec. Conf. fumar. ℥ij.
Khab. pulv.
♀ij. *dulc.* aa. ʒij.
rad. Helleb. n.
res. lign. Guaj. aa. ʒj.
f. cum sir. ros. sol.
l. a. electuarium.

Antifebr.

Rec. Conf. viol. ℥j.
chin. chin. p. ℥ß.
Helleb. n. ʒij.
f. cum sir. fol. senn. elect.

CAPUT VIII.

De

Regulis Specialibus in præscribendis potionibus observandis.

Reg. I. Ingredientia sunt aquæ destillatæ cum succis, spiritibus, essentiis, extractis, oleis destillatis, ⊖ibus, atque pulveribus.

Reg. II. Ad quamvis ℥ aquæ recipimus.

▽∽ *tuosæ* ʒij. *ad* ℥ß.
succorum ʒij.
∽ *ardentis* ʒj.
urinosi ℥ß
acidi nimis gut. v.

Essea vel trx svavioris ʒj.
acrioris ʒß
Olei destillati gut iij. *ad* iiij.
Θis volatilis ʒß
fixi ϶ß
pulv. ϶j.
syrupi ʒj. *& minus adhuc si non fuerint ingrata.*

Reg. III. Ingredientia jam nominata non semper requiruntur in quavis potione cum plura abesse possint absque formulæ noxa pro lubitu præscribentis.

Reg. IV. Potio pro una dosi requirit aquæ ʒj. pro pluribus sufficiunt iiij. vel vi.

Reg. V. Si cochleatim saltem sumenda sit potio necessum est ut ingredientium dosis respectu ▽æ duplicetur artificiose, alioquin tot requiruntur doses quot aquarum ʒ.

EXEMPLA.

Emet.

Rec. *Aqu. fl. persic.* ʒj.
Sir. rubi Id. Emet. ʒß.

Purgans.

Rec. *Aqu. fum.* ʒj.
Extr. rhab. ϶j.
Sir. viol. ʒj.

Diaph.

Rec. *Aqu. fl. calend.*
samb. aa. ʒjß.
♆ij. *diaph.*
dent. apr. aa ʒß.
Θ *vol. cc.* ϶ß,
op. cydon. gr. ij.
Syr. card. bend. q. s.

Expellens.

Rec. *Aqu. card. ben.*
fl. samb. aa ʒjß.
Vnicor ver.
dent. Hyp.
cin. ♆ aa. ϶ß.
sir. pap. errat ʒß.
Trx ros. ʒij.

Diur.

Rec. *Aqu. petros.*
frag. aä. ʒjß.
test. ov. calc.
Lap. 69.
succin. aa. ϶j.
℥ Θ * ϶ß.
sir. di alth. Fern. ʒiij.

Cas-

Carmin.

Rec. *Aqu. fœnic.*
Aurant. aa. ℥jß.
℥ *diaph.*
dent. Hypop. aa. ℈j.
Extr. rad. Ang. ℈ß.
⊖ *vololeos. Sylv.* 3ß.
sir. cort. citr. ℥ß.

Analept.

Rec. *Aqu. fl. til.* ℥ij.
Naph.
ros. aa. ℥ß.
℔ *cerasor.* ℥ß.
Essea cinam. 3j.
conf. alk. ℥ß.
sir. cort. citr. 3ij.

CAPUT IX.

De

Regulis Specialibus in præscribendis emulsionibus notandis.

Reg. I. Emulsiones fiunt e seminibus lactescentibus contundendo illa cum ▽ & exprimendo.

Reg. II. Quævis seminum 3 requirit ▽ ℥j. sachari parum.

Reg. III. Interdum pulveres adjiciciuntur ad ℥j. emulsionis pulveris ℈j. Si vero ultra ℥iij. emulsio præscribitur pulverum dosis magis refringitur, & integræ emulsioni non facile plus quam 3j. pulveris adjicitur.

Reg. IV. Paratur emulsio vix infra ℥iij. & supra ℥ vr. amygdalina excepta, quæ cum majore in quantitate hauriatur ad ℔ j. vel ij. confici solet.

Reg. V. Cavendum autem sedulo, ne quicquam recipiatur quod vel colori lacteo adversum sit, vel emulsionem præcipitet.

Reg. VI. Similiter & quæ ingrata sapore vel odore sunt emulsionem proprie non ingrediuntur, atque adeo analogum saltem emulsionis est quando pro scopo purgandi ex resina scammonij vel Ialappæ, pro scopo aperiendi, & expellendi &c. ex gummi ammoniaco, terebinthina myrrha, similibusque liquor paratur.

EXEMPLA.

Refriger.

Rec. sem. IV. *frigid. maj. decort.* aa. ℥j.
pap. alb. ℥ß.
Aq. portul.
fl. nimph. aa. ℥iij.
Iul. ros. ℥ß.
m. f. l. a. emulsio. d. s.
Kühlende Milch offters zunehmen.

Amygd. refrig.

Rec. Amygd. d. decort. ℥iß.
sem. IV. *frig. maj. decort.* aa. ℥ij.
pin ear. ℥ß.
m. f. cum ▽ *font. l. a. emulsio.*
adde Aqu. ros.
Iulep. viol. aa. ℥j.
d. s. Kühlende Mandel-Milch auff etlich mahl.

Expell.

Rec. sem. pæon. decort.
pap. alb. aa. ℥jß.
Aquil. ℥j.
♄ *diaph.*
dent. Hypop. aa. ℥ß.
▽ *flor. samb.* ℥iij.
M. f. cum s. q. sachari emulsio.

Purgans.

Rec. Res. Ialap. ℈j.
Aqu. fum. ℥j.
m. f. cum vitell. ovi & sachar.
l. a. emuls.

CAPUT X.

De

Regulis Specialibus inpræscribendis Julepis observandis.

Reg. I. Cum Iulepus ordinarie pro scopo sitim æstumque extinguendi, viresque recreandi præscribatur in febribus ardentibus, atque malignis itaque ingredientia omnia gratissima esse debent ut fere vinum referant rebellum.

Reg. II. Ingredientia sunt vel aquæ simplex fontana, vel destillatæ refrigerantes & analepticæ, succi fructuum præprimis acidulorum, sirupi, tincturæ cordiales, ac spiritus acidi minerales.

Reg.

Reg. III. Proportio ingredientium, est talis ad ℔j. aquarum recipimus succi ℥iß vel ij tincturæ ʒß præsertim si color julepi minus sit rubicundus spiritus acidi quantum lubet pro grato sapore.

Reg. IV. Iulepus nunquam parandus est infra ℥iiij. vel supra ℔ ij. Præscribitur autem plerumque in copia ut loco potus ordinarij sumi queat.

EXEMPLA.

Refrig.

Rec. *succi semp. viv.* ℥iiij
sir. berb. ℥ij.
træ ros. ʒj.
▽ *font.* ℔jß.
℞ ⊕ *phil. q. s. ad gratum saporem.*

vel

Rec. *Aqu. font.* ℔j.
succ. citr. ℥j.
sir. viol. ℥jß.
træ. bellid. ℥ß.
M. f. Iulepus.

Analept.

Rec. *Aqu. rub. Id.*
card. ben. aa. ℔ß.
Cidon. ℥iij.
ros. ℥j.
Succ. citr.
sir. ft. tun. aa. ℥ij.
træ pap. errat. ℥ß.
℞ ⊕ *phil. q. s.*

vel

Rec. *Aqu. Card. ben.*
flor. Acac. aa. ℥ iij.
sir. papav. errat. ℥ß.
træ Aquil.
succ. citr. aa. ℥ij.

CAPUT XI.

De

Regulis Specialibus in præscribendis infusis notandis.

Reg. I. Infusa sunt decoctorum vicaria. Quæ enim ob volatilitatem decoctionem non facile sustinent illorum vis medicamentosa extrahitur per infusionem beneficio spirituosi menstrui aut seri lactis.

Reg.

Reg. II. Ingredientiâ ſunt plerumque vegetabilia maximè ſapida.

Reg. III. His inciſis contuſisve affunditur vini ſextuplum aût octuplum.

Reg. IV. Herbæ folia, (exceptis foliis ſennæ unciatim præſcribendis,) & flores majores ut & qui copioſius haberi poſſunt præſcribuntur adm. j. vel m. ij. flores aromatici & rariores ad p. j. vel ij. ligna, cortices, radices, atque fructus ad ℥j vel ij. ſemina aeriora & aromatica vel ⊖ia ad ʒj. vel ij.

Reg. V. Infuſum alterans præſcribi poteſt ad menſ. j. purgans vix ad menſ. ß. f. ℔ ij.

Reg. VI. *Pro* una doſi ſumuntur communiter ʒij. vel iij.

Reg. VII. Quæ vero infuſa vomitoria ex ☿ialibus fiunt quorum uſum continuare aliquandiu non licet parantur ſaltem pro una doſi ad ℥j.

Reg. VIII. Doſis quadruplicata in infuſo eſt unica.

formulæ Infuſ.

Purgans in Hydrop.

Rec. *Rad. jalap:* ℥ß.
Helleb n. ʒij.
fol. Gratiol. m. j.
Herb. cent. min.
fumar aa. m. ij.
⊖ ☿ ʒj.
Inciſ. & cont. iucl. nod. d.
S. *ſpecies* zu einer maas Wein.

Cephal. lax.

Rec. *Herb. major. m.* ij.
ſummit. lav.
roriſm. aa. m. j.
Cinamom.
Cardamom. aa. ʒij.
fol. Senn.
paſſul. min. aa. ʒij.
inc & cont. d.
S. *ſpecies* zu einer halb mas Wein

Antif.

Rec. *lign. colubr.*
cort. peruv. aa. ʒj.
Herb. cent. min.
Abſinth aa. mij.
rad. rhab.
Hellebor. aa. ℥ß.
⊖ ☿ ʒij.
inciſ. & cont. d.
S. *ſpecies* zu einer halb mas Wein

Oph.

Ophtal.

Rec. Rad. valer. ℥j.
ſem. fœnic.
rut. aa. ʒß.
fol. ſenn.
rad. rhab. aa. ℥ß.
⊖ ♀ ʒj.

S. *Species* zu einer halb maas Wein.

vel

Rec. flor. Acac.
perſic.
bellid. aa. m. iij.
Herb. veron.
beton. aa. *m.* ij.
rad. filic.
pimpin.
fol. ſen. aa. ℥ß. *&c.*

Antiſcorb.

Rec. Herb. cochl.
naſt. aqu. aa. *m.* ij.
rad. armurar. ℥ij.
flor. bellid.
aquileg. aa. m. j.

S. *Species* zu einer maas Wein.

CAPUT XII.

De

Regulis Specialibus in præſcribendis decoctis obſervandis.

Reg I. Ingredientia pro decocto non ſint nimis volatilia nec nimis fixa.

Reg. II. Poſſumus tamen juvare coctionem volatilium, ſi tantummodo ebulliant in diplomate ſ. vaſe clauſo vel etiam in cucurbita alembico appoſita.

Reg. III. Quæ fixiora ſunt aut coctione diuturniore, aut affuſo menſtruo convenicnte ſubigi debent.

Reg. IV. Vtplurimum adhibetur aqua ſimplexui non raro autem acuitur per ⊖ina varii generis.

Reg. V. Vinum rectius affunditur ſi reſinoſa ſunt ingredientia.

Reg. VI. Gradus coctionis pro hoc ſcopo ſunt quatuor Primus ſi ſaltem ebulliat compoſitum, 2dus ſi decoquatur ad caſum tertiæ partis. 3tius ſi decoquatur ulterius ad medietatem 4tus ſi decoquetur ad remanentiam tertiæ partis.

Reg. VII. Proportio ingredientium eadem eſt ac in infuſis.

Reg. VIII. Pro ebullitione ſufficit ea liquoris quantitas, quam alias in parando infuſo adhibemus: quæ vero diutius coqui debent requirunt liquoris decuplum, duodecuplum & ultra.

EXEMPLA.

Purgans.

Rec. *Herb. card. ben.*
cent. min. aa. *m.* j.
fol. Senn.
Rad. Helleb. n.
Ialap aa. ℥ß.
Cryſt. ♀ ℥j.

Inciſ. & cont. coq. in menſ. ß. ▽comm. ad medietatem d. ſ. laxirend. r Tranck.

vel

Rec. *Rad. Alth.*
lil. alb. aa. ℥ſ.
polyp. ℥ß.
rhab. ℥ij.
☉ *depur.* ℥j. *menſ.* 1. ▽*ſimpl.*

Antiſcorb.

Rec. *ſummit. pin.* ℥iij.
rad. chin. ℥ij.
Ineiſ. & cont. coq. in menſ. 1. vini in diplom. ad conſumpt. iij. part. Infunde.
Herb. cohl.
naſt. aquat. aa. *m.* ij.
rad. armurat ℥ij.
fl. bellid. m. j.

Sangu. depur.

Rec. *lign. Saſſafr.* ℥ij.
rad. chin.
ſarſap.
Bardan.
rhab. aa. ℥j.
Ialap. ℥ß. ½ maas.

Lignorum.

Rec. *lign. Guajac.*
ſaſſafr. aa. ℥j.
rad. ſarſapar.
chin. aa. ℥ß.

Em-

Emmenag

Rec. Herb. marub.
meliss. aa. mj.
matric. m. ß.
artemis.
flor. papav. aa. m.ij.
anthos pug. iij.
rad. v. *aper.* aa. ʒij.

Thee.

Rec. Herb. Veron.
beton.
hedr. terr.
fl. tussilag. aa. m.j.
rad. polypod.
china
raf. CC. aa. ʒß.
lign. sassafr. ʒij.
pass. min. ʒij.
Incis. & cont. d.
S. *Species* zum kræuter Thee.

Gargarism.

Rec. Herb. malv.
Alth.
prun. aa. mj.
bugul.
sivul. aa. m ß.
flor. ros. rubr.
balaust. aa. *pug.* ij.
℔ *depur.* ʒj.

CAPUT XIII.

De
Regulis Specialibus in præscribendis Clysmatibus observandis.

Reg. I. Materiam clysmatibus suggerunt communiter decocta plantarum inprimis emollientium, & carminativarum, in quorum locum nonnunquam succedunt jusculà carnium, vel etiam olea cocta, infusa, atque expressa.

Reg. II. Quantitas liquoris in clysmate sit pro.

adulto ℔ß *ad summum* ℔j.
pueris dimidia vel etiam tertia pars sufficit
i. e. ʒiij. iv. v. *pro corporis ratione.*

Reg. III. Potest etiam pro pueris tota clysmatis quantitas parari, hac tantum addita cautela ut tantummodo dimidia vel tertia pars applicetur, & applicatio urgente necessitate reiteretur.

Reg. IV. Proſcopo anodyno vel vulnerario, item ſi clyſteres ex meris oleis parantur ſatius eſt recipere minorem quantitatem, pro ſcopo emolliendi ſtimulandi, atque irritandi majorem.

Reg. V. Electuarium poſt colaturam male admiſcetur, itaque magis conſultum eſt, illud vel ante colaturam adjicere, vel potius ejus loco præſcribere ſacharum Thomæum, aut mel mercuriale, roſatum aut ſimplex deſpumatum ad ʒß vel ʒj.

Reg. VI. ☉ia pro ſtimulo adiecta ad ʒj. vel ʒij. ſufficiunt.

Reg. VII. Inſtrumenti clyſmatici magnitudo ſemper determinanda, & in fine formulæ hæc verba adjicienda detur cum inſtrumento pro adulto. pro puero vel puerulo ſive infante.

EXEMPLA.

Emoll. carm.

Rec. Spec. emoll.
carm. aa. m. ij.
☉ *Gemm* ʒj.
Coq. in ſ. q. ▽ ſimpl.
Rec. Colat. ℔ß.
mell. deſpum. ʒ.
m. f. clyſter d. cum inſtr. pro adulto.

vel

Rec. Rad. Alth.
lil. alb. aa. ʒß.
Herb. Pial.
Verbaſ.
pariet. aa. m. j.
flor Malv.
melilot. aa. m. ß.
☉ *Gemm.* ʒij.
Coque in ſ. q. ▽ ſimpl. tunc.

Rec. colat. ʒviij.
Sach. Thom. ʒß.
m. f. clyſt. d. cum inſtr. pro adulto.

vel

Rec. ſem. carv.
aniſ.
fœnic. aa. ʒß.
Herb. chamom. Rom.
Malv.
violar. aa. m. ß.
Flor. chamom.
verbaſ. aa. m. ß.
cap. papav. no. iij. *&c.*

In Nephr.

Rec. Herb. pariet.
Virg. aur.
Veron. aa. m. j.

Fl. Verbasc.
pip. errat.
Melilot aa. m. ß.
Rad. lil. alb.
Alth. aa. ʒß.
coq. in s. q. ▽ simpl. tunc.
Rec. colat. hujus ℔ß.
℥ *amygd. d.*
camom. coct.
Sach. Thom. aa. ʒß.
M. f. clyster. d. cum instr. pro adulto.

Anod. balsf.

Rec. sumnit cent. m. m. j.
flor. Hiper.
Verbasc.
lil. alb. aa. mß.
rad. Symph. ʒij.
Herb. plantag. m. j.
croc. ʒß.
coq. in. s. q. lactis. tunc
Rec. colat. ʒviij. *d. cum. instrumento pro adulto.*

Emoll. carm.

Rec. ℥ *Aneth.*
chamom aa. ʒij.
bacc. laur.
carv. dest. aa. ʒj.
Essentiæ cast. ʒj.
Camph. ∋ß.

CAPUT XIV.

De Regulis Specialibus in præscribendis cataplasmatibus observandis.

Reg. I. Ingredientia cataplasmatibus præbent folia herbarum variarum, radices mucilaginosæ molliores, & quicquid per decoctionem in pultis formam redigi potest.

Reg. II. Incisa & contusa cum sufficiente quantitate ▽æ simplicis, vini aut seri lactis ad pulmenti consistentiam decocta trajiciuntur per setaceum, quibus pro lubitu addi possunt farina fabarum, lini, fœnu græci, alijque pulveres & olea infusa, & expressa.

Reg. III. In defectu ſetacei recipiuntur ingredientia ad pulveriſandum apta, quæ ſola affuſione liquidi cujusdam absque ulla prævia coctione in cataplaſmatis formam redigi, & calide applicari poſſunt.

Reg. IV. Quantitas cataplaſmatis ſit ℔ß. vel ℔j. quoniam vix unquam adhibetur, quin aliquoties reiteretur ejus applicatio.

Anod. diſc.

℞ *fol. Hyoſc.* m. iiij.
fl. Samb.
melilot.
Chamom. aa. m. ij.

Cum ſ.q. Vini f.f.a. Cataplaſma adde

farin. fœn. Græc.
♀ *ceraſſ.* aa. ℥j.

Emoll.

℞ *Rad. lil. alb.*
Alth. aa. ℥ij.
fl. melilot.
chamom.
ſamb. aa. m. iij.
aven. decoct. ℥ij.

Cum ſ. q. lactis f. ſ. a. cataplaſma. adde

℥ *Hyoſc. expr.*
lil. alb.
pap. alb. aa. ℥ß.

In pernione.

℞ *Herb. Agrim.*
plant.
prunell. aa. m. iiij.
fl. lil. alb.
Hyperic. aa. m. ij.

Cum ſ. q. aquæ ſimpl. f. ſ. a. cataplaſma. adde

Lap. calam.
lytharg.
ochr. aa. ℥ij.
℥ *momord.*
hyper.
philoſ. aa. ℥iß.

CAPUT XV.

De
Regulis Specialibus in præſcribendis emplaſtris obſervandis.

Reg. I. Intentioni medici utplurimum ſufficiunt emplaſtra officinalia, quæ ſaltem malaxanda ſunt cum ſufficiente quantitate olei convenientis.

Reg. II.

Reg. II. In applicatione ſufficiunt ad Emplaſtrum ſtomachale, hepaticum vel matricale ℥ij. , ad ſplenecticum ℥iſs.

Reg. III. In horum præſcriptione admonendus eſt pharmacopœus ut Empl. l. a. compoſitum, vel in magdaleones conformet vel ſupra alutam, aut linteum craſſum vulgo Parchet extendat nunc ſub forma ſcuti ſtomachalis, nunc emplaſtri ſplenetici aut uterini, vel juxta figuram transmiſſam emplaſtrum efformet.

Reg. IV. Cui recentia excogitare placet emplaſtra recipere poteſt varia ingredientia pulveres nimirum, olea, pinguedines, mel, reſinas, & ceram.

Reg. V. Poſſunt emplaſtra fieri nunc ſine oleis, nunc ſine pulveribus, nunc ſine pinguedine vel melle, nunc ſine reſinis vel cera.

Reg. VI. Proportio hæc videtur eſſe optima ſi pulveris ſumatur pars una, reſinarum partes duæ, ♃ expreſſi vel infuſi, mellis aut ceræ partes tres.

Reg. VII. Emplaſtrorum quantitas ſi pro pluribus vicibus præſcribatur non inconvenienter aſcendit ad libram unam, vel ad duas.

Formulæ Emplaſtrorum.

Empl. Stomach.

Rec. Empl. ſtomach. Crat. ℥ſ.
de cruſta. panis.
de Tacamach. aa. ℥ſs.
Malax. cum ſ. q. ♃ menth. f. Empl. ſtomach. extend. ſupra alut. in form. conſueta.

Hepat.

Rec. Empl. de ſant.
de min. aa. ℥j.
Mal. cum ſ. q. ♃ lil. alb. f empl. hepat.

Splenet.

Rec. Empl. Splenet. Aug.
de melilot.
de cicut. aa. ℥ſs.
Mal. cum ſ. q. ♃ cap. f. Empl. ſplenecticum.

Vul-

Vulnerar.

Rec. *Lap. calam.* ℥iij.
lytharg. ℥j.
Aloes.
Myrrh. aa. ℥ß.
℥ *Hyperic.*
momord.
cer. aa. ℥iij.

M. fiat Empl.

Ad amb. & pern.

Rec. *Bol. vulg.*
Sangu. Drac.
Ceruſſ. aa. ℥j.
℥ *momord.*
cer. aa. ℥iiij.

M. f. Empl.

Vulner.

Rec. ☿ ♃ *dulc.* ℥ij.
℥ *momord.*
lil. alb.
cer. aa. ℥iij.
reſin. Elem. ℥iß.
balſ. peruv.
croc. aa. ℥ß.

CAPUT XVI.

De
Regulis Specialibus in præſcribendis Balſamis notandis.

Reg. I. Cum Balſamus ordinarie pro ſcopo analeptico, vel odorem gratum conciliandum præſcribatur, hinc ingredientia omnia debent eſſe fragrantia, atque gratiſſima.

Reg. II. Baſin balſamorum communiter conſtituit ℥ NM. expreſſum per affuſum ♈ albicans, & inodorum redditum, quod alio nomine dici poteſt corpus pro balſamo.

Reg. III. Huic admiſcentur ℥ ☊ ſuaviora corticum citri aurantiorum, Cinamomi, caryophyllorum, ligni Rhodii, majoranæ, lavendulæ &c. item Zibethum balſamum Indicum, & ♀ fragantes Ambræ, Moſchi &c. quibus nonnunquam aſſociantur extracta plantarum ſuaveolentium.

Reg. IV.

Reg. IV. Proportio ingredientium eſt talis ut recipiat
Corporis pro balſamo ʒj.
Olei partem tertiam aut quartam i. e. ℈j.
vel. gr. xv.
Pulverum fragantium ℈ß. *& ad fucum faciendum parum de ſpodio vel bolero vel etiam aſphalto, de ſantalo aut alio pigmento.*

Reg. V. Præſcribitur ordinario corpus pro balſamo ad ʒj. vel ʒij.

E X E M P L A.

Balſam. apopl.
℞. ♃ *lign. rhod.*
de cedro aa. ʒß.
cinnamom.
caryoph. aa. ℈j.
Macis gr. xv.
Majoran
Lavend. aa. ℈ß.
Anth. gr. viij.
Balſ. peruv. ʒj.
Ambr. gr. viij.
Moſch. gr. vj.
Zibeth. gr. iiij.
♃ *N. M. expreſs.* ʒß.
M. f. Balſam.

Balſ. apopl. pro mulieribus.
℞. ♃ *Mac. expr.* ʒij.
♃ *Galban.* ʒß.
Lavend.
Succin. aa. ℈j.
Majoran.

NB. ½. Bogen.

Meliſs.
Puleg.
roſmar.
rut. aa. ʒß.
Pingued. Caſtor. gr. vj.
♌ ☉ ✱ gtt. v.
M. f. ſ. a. Balſ.

Balſamus cephalicus.

℞. ♁ *N. M. expr.* ʒvj.
☌ *Lavend.*
Rut. aa. ʒiijß.
Majoran.
Salv. aa. gtt. xv.
camph. ʒj. *in ſ. q.*
♁ *Amygd. d. rec.*
Solut.
M. f. f. a. Balſam.

Balſamus contra vertiginem.

℞. ♁ *N. M. expr.*
Mac. aa. ʒj.
☊ *caryoph.*
Lavend.
Majoran.
Succin. aa. gtt. vj.
Moſch.
Ambr. aa. gr. iij.
M. f. f. a. Balſam.

CAPUT XVII.

De

Regulis ſpecialibus in præſcribendis Unguentis notandis.

Reg. I. Unguenta vel linimenta a balſamo non differunt niſi quod hic ſemper gaudeat majori fragrantia præ illis. Reg.

Reg. II. Unguentorum baſin conſtituunt ſebum cervinum, axungiæ, vel etiam unguenta officinalia, quibus admiſceri poſſunt olea cum pulveribus, v. g. pro ſcopo abſtergendi atque deſiccandi ℞ialia, pro ſcopo anodyno crocus, pro ſcopo nervino oleum ſuccini, rutæ &c.

Reg. III. In determinanda proportione non facile errabit medicus. Mixtis enim pro lubitu ingredientibus ſemper linimentum fit modo ſpiſſius modo tenuis.

Reg. IV. Si placet hæc proportio ingredientium poterit obſervari ut ad ſebi cervini partem unam adjiciatur oleorum pars dimidia, ad axungiæ partem unam vix oleorum pars tertia.

Reg. V. Si ex axungia atque oleis linimentum tenuius fiat, & expectatur ſpiſſius poterit ceræ quantum ſufficit admiſceri.

EXEMPLA.

Unguentum Hyſtericum

℞. *Caſtor.*
aſſ. fœtid. aa. ℈j.
camph. ℈ß.
℥ ♀ *fœtid.*
CC. aa. ℈j.
ſeb. hirc. vet. ℥ij.
M. f. linimentum.

Unguentum ad Eryſipelas.

℞. *Sapon. comm.* ℥iiij.
℥ *ſamb.* ℥j.
M. f. Unguentum.

Pars hujus inducta papyrio nigræ adhibeatur tepide loco affecto renovando bis in die.

Errata typographica in prima parte.

Pag. 56. lin. 1. lege parti ſuperiori. pag. 66. lin. 10. lege cathartıcis nec non 11. & 15. p. 67. lin. 2. adde ſunt diaphoretica. p. 71. lin. 24. lege abſorbent. p. 89. lin. 1. lege lithontriptica &c. p. 113. lin. 2. lege mucilaginoſas. p. 140. lin. 24. adde obtineat. p. 151. lin. 12. lege præparata. p. 152. lin. 30. lege Smilacis. p. 157. lin. 9. incluſa. p. 161. lin. 17. Smilacis. p. 164. lin. 29. lege Moluccenſe. p. 170. lin. 22. lege abhinc p. 171. lin. 12 lege graviuſculus & 19. nullius 29. Koddam pulli. pag. 184. lin. 10. adde flore. p. 203. lin. 9. piſtacearum. p. 220. lin. 5. addatur Amſtelodamenſis. p. 231. lin. 9. dele. & acidis & 14. lege alexipharmacum. p. 232. lin. 5. lege dulcificari lin. penult. adde ex p. 233. lin. 17. adde alcalicis, acidis. p. 234. lin. 29. dele. ad gryſeum. p. 264. lin. ult. lege 3ijß. p. 336. lin. 9. lege digeſtione p. 371. lin. 24. lege cydoniatum ſeu p. 396. lin. 5. quam & 6. evaporatorio. p. 397. lin. 18. lege ſolvatur 21. dele. vatur. p. 400. lin. 6. dele materia.

Reliquas mendas, L. B., ſi modo æquus erit, facile emendabit.

Sit itaque hic

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

GREG.

Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google